I.	De testamento militis.	III.	De bonorum possessione, furioso, infanti, muto, furdo, cæco competente.
II.	De acquirenda vel omittenda hereditate.	IIII.	De bonorum possessione contra tabulas.
III.	Testamenta quemadmodum aperiuntur, inspiciantur, & describantur.	V.	De legatis præstandis contra tabulas bonorum possessione petita.
IIII.	Si quis omiſſa causa testamēti, ab intestato, vel alio modo possideat hereditatem.	VI.	De collatione bonorum.
V.	De senatusconsulto Silariano & Claudiano, quorum testamenta ne aperiuntur.	VII.	De dotis collatione.
VI.	Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit.	VIII.	De coniungendis cum emancipato liberis eius.
VII.	De iure codicillorum. <i>Incipit liber primus de legatis fideicommissis ex ordine liber TRIGESIMVS.</i>	IX.	De ventre in possessionem mittendo, & curatore eius.
	De legatis & fideicommissis, liber primus. <i>Incipit liber secundus de legatis &amp; fideicommissis: ex ordine TRIGESIMVS PRIMVS.</i>	X.	De carboniano edicto.
	De legatis & fideicommissis, liber secundus. <i>Incipit liber tertius de legatis &amp; fideicommissis ex ordine TRIGESIMVS SECVNDVS.</i>	XI.	De bonorum possessione secundum tabulas.
	De legatis & fideicommissis, liber tertius. <i>Incipit liber quartus de legatis &amp; fideicommissis: ex ordine liber TRIGESIMVS TERTIVS.</i>	XII.	Si à parente quis manumissus sit.
I.	De annuis & mensuris legatis & fideicommissis.	XIII.	De bonorum possessione ex testamento militis.
II.	De vsu, & vsufructu, [ & reditu, ] & habitatione, & operis per legatum vel fideicommissum datis.	XIIII.	De iure patronatus.
III.	De seruitute legata.	XV.	De obsequiis [à liberis & libertis] parentibus & patronis præstandis. <i>Explicit ex ordine Digestorum trigessimus septimus.</i>
IIII.	De dote prælegata.		<i>Incipit liber TRIGESIMVS OCTAVVS: de bonorum possessionibus secundus.</i>
V.	De optione vel electione legata.	I.	De operis libertorum.
VI.	De tritico, vino, vel oleo legato.	II.	De bonis libertorum.
VII.	De instructo vel instrumento legato.	III.	De libertis [municipum & aliarum] vniuersitatum.
VIII.	De peculio legato.	IIII.	De adsignandis libertis.
		V.	Si quid in fraudem patroni factum sit.
		VI.	Si tabulæ testamenti nullæ extabunt. vnde liberi. vnde legitimi, [ & vnde adgnati.]
		VII.	Vnde cognati.
		VIII.	De successorio edicto.
		IX.	De gradibus, & adfinibus & nominibus eorum.
		X.	Vnde vir & vxor.
		XI.	De veteranorum & militum successione.
		XII.	Quibus non competit bonorum possessio.
		XIII.	Vt ex legibus senatusve consultis bonorum possessio detur.
		XIIII.	Quis ordo in bonorum possessionibus seruetur.
		XV.	De suis & legitimis heredibus.
		XVI.	Ad senatusconsultum Tertullianum & Orphitianum.
		XVII.	<i>Explicitus est liber ex ordine Digestorum trigessimus octauus: de bonorum possessionibus secundus.</i>



*Incipit ex ordine liber TRIGESIMVS*

NONVS.

- I. De operis noui nuntiatione.
- II. De damno infecto, & de fuggrundis, vel proiectionibus.
- III. De aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ.
- IIII. De publicanis, & vectigalibus, & commissis.
- V. De donationibus.
- VI. De mortis causa donationibus, & capionibus.  
*Explicit liber ex ordine Digestorum trigessimus nonus.*  
*Incipit ex ordine liber QVADRA-*

*GESIMVS.*

- I. De manumissionibus.
- II. De manumissis vindicta.
- III. De manumissionibus, quæ seruis ad vniuersitatem pertinentibus imponuntur.
- IIII. De manumissis testamento.
- V. De fideicommissariis libertatibus.
- VI. De ademptione libertatis.
- VII. De statuliberis.
- VIII. Qui sine manumissione ad libertatem perueniunt.
- IX. Qui & à quibus manumissi liberi non fiunt, & ad legem Æliam Sentiam.
- X. De iure aureorum anulorum.
- XI. De natalibus restituendis.
- XII. De liberali causa.
- XIII. Quibus ad libertatem proclamare non licet.
- XIIII. Si [libertus] ingenuus esse dicitur.
- XV. Ne de statu defunctorum post quinquenniū queratur.
- XVI. De collusione detegenda.

*Explicit liber ex ordine Digestorum quadragesimus.*

*Incipit ex ordine liber QVADRAGE-*

*SIMVS PRIMVS.*

- I. De acquirendo rerum dominio.
- II. De acquirenda vel amittenda possessione.
- III. De vsurpationibus & vsucapionibus.
- IIII. Pro emptore.
- V. Pro hærede pro possessore.
- VI. Pro donato.
- VII. Pro derelicto.
- VIII. Pro legato.
- IX. Pro dote.
- X. Pro suo.

*Explicit liber ex ordine Digestorum quadragesimus primus.*

*Incipit ex ordine liber QVADRAGESI-*

*MVS SECVNDVS.*

- I. De re iudicata, & de effectu sententiarum, & de interlocutionibus.
- II. De confessis.
- III. De cessione bonorum.
- IIII. Quibus ex causis in possessionem eatur.
- V. De rebus auctoritate iudicis possidendis seu vendundis.
- VI. De separationibus.
- VII. De curatore bonis dando.
- VIII. Quæ in fraudem creditorum facta sunt, vt restituantur.

*Explicit liber ex ordine Digestorum quadragesimus secundus.*

*Incipit ex ordine liber QVADRAGESI-*

*MVS TERTIVS.*

- I. De interdictis, siue extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt.
- II. Quorum bonorum.
- III. Quod legatorum.
- IIII. Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus erit.
- V. De tabulis exhibendis.
- VI. Ne quid in loco sacro fiat.
- VII. De locis & itineribus publicis.
- VIII. Ne quid in loco publico vel itinere fiat.
- IX. De loco publico fruendo.
- X. De via publica, & si quid in ea factum esse dicatur.
- XI. De via publica & itinere publico reficiendo.
- XII. De fluminibus, ne quid in flumine publico ripæ eius fiat, quod peius nauigetur.
- XIII. Ne quid in flumine publico, [inve ripa eius] fiat quo aliter aqua fluat, atque vti priore æstate fluxit.

XIIII.

XV.

XVI.

XVII.

XVIII.

XIX.

XX.

XXI.

XXII.

XXIII.

XXIIII.

XXV.

XXVI.

XXVII.

XXVIII.

XXIX.

XXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

Vt in flumine publico nauigare liceat.

De ripa munienda.

De vi, & de vi armata.

Vti possidetis.

De superficiebus.

De itinere actuque priuato.

De aqua cottidiana & æstiuæ.

De riuus.

De fonte.

De cloacis.

Quod vi aut clam.

De remissionibus.

De precario.

De arboribus cædendis.

De glande legenda.

De homine libero exhibendo.

De liberis exhibendis, item ducendis.

Vtrubi.

De migrando.

De Saluiano interdicto.

*Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimus tertius.*

*Incipit ex ordine liber QVADRAGESI-*

*MVS QVARTVS.*

- I. De exceptionibus, præscriptionibus, & præiudiciis.
- II. De exceptione rei iudicata.
- III. De diuersis & temporalibus præscriptionibus, & de accessionibus possessionum.
- IIII. De doli mali & metus exceptione.
- V. Quarum rerum actio non datur.
- VI. De litigiosis.
- VII. De obligationibus & actionibus.

*Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimus quartus.*

*PARS SEPTIMA.*

*Incipit ex ordine liber QVADRAGESI-*

*MVS QVINTVS.*

- I. De verborum obligationibus.
- II. De duobus reis constituendis.
- III. De stipulatione seruorum.

*Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimus quintus.*

*Incipit ex ordine liber QVADRAGESI-*

*MVS SEXTVS.*

- I. De fideiussoribus & mandatoribus.
- II. De nouationibus & delegationibus.
- III. De solutionibus & liberationibus.
- IIII. De acceptilatione.
- V. De stipulationibus prætoriiis.
- VI. Rem pupilli, vel adolescentis saluam fore.
- VII. Iudicatum solui.
- VIII. Ratam rem haberi, & de ratihabitione.

*Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimus sextus.*

*Incipit ex ordine liber QVADRAGESI-*

*MVS SEPTIMVS.*

- I. De priuatis delictis.
- II. De furtis.
- III. De tigno iuncto.
- IIII. Si [is,] qui testamento liber esse iussus erit, post mortem domini ante aditam hæreditatem subripuisse aut corrupisse quid diceretur.
- V. Furti aduersus nautas, caupones, stabularios.
- VI. Si familia furtum fecisse dicitur.
- VII. Arborum furtim cæsarum.
- VIII. Vi bonorum raptorum, [& de turba.]
- IX. De incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata.
- X. De iniuriis & famosis libellis.
- XI. De extraordinariis criminibus.
- XII. De sepulchro violato.
- XIII. De concussione.
- XIIII. De abigeis.
- XV. De præuaricatione.
- XVI. De receptatoribus.
- XVII. De furibus balneariis.
- XVIII. De effractoribus & expilatoribus.
- XIX. Expilata hæreditatis.
- XX. Stellionatus.
- XXI. De termino mota.



- xxii. De collegiis & corporibus.  
 xxiii. De popularibus actionibus.  
*Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimus septimus.*  
*Incipit ex ordine liber QUADRAGESIMVS OCTAVVS.*
- i. De publicis iudiciis.  
 ii. De accusationibus & inscriptionibus.  
 iii. De custodia & exhibitione reorum.  
 iiii. Ad legem Iuliam maiestatis.  
 v. Ad legem Iuliam de adulteriis coercendis, [ & stupro.]  
 vi. Ad legem Iuliam de vi publica.  
 vii. Ad legem Iuliam de vi priuata.  
 viii. Ad legem Corneliam de ficiariis & veneficis.  
 ix. Ad legem Pompeiam † de parricidiis.  
 x. Ad legem Corneliam † de falsis, & de senatusconsulto Liboniano.  
 xi. Ad legem Iuliam † repetundarum.  
 xii. Ad legem Iuliam † de annona.  
 xiii. Ad legem Iuliam peculatus, & de sacrilegiis, & re-  
 fiduis.  
 xiiii. Ad legem Iuliam ambitus.  
 xv. Ad legem Fauiam † de plagiariis  
 xvi. Ad senatusconsultum Turpillianum, & de aboli-  
 tionibus criminum.  
 xvii. De requirendis [vel reis] vel absentibus damnatis.  
 xviii. De quaestionibus.  
 xix. De poenis.  
 xx. De bonis damnatorum.  
 xxi. De bonis eorum, qui ante sententiam, vel mortem  
 sibi conscierunt, vel accusatorem corruerunt.  
 xxii. De interdictis & relegatis, & deportatis.  
 xxiii. De sententiam passis, & restitutis.  
 xxiiii. De cadaueribus punitorum.  
*Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimus octauus.*  
*Incipit ex ordine liber QUADRAGESIMVS NONVS.*
- i. De appellationibus, & relationibus.  
 ii. A quibus appellare non licet.  
 iii. Quis à quo appelletur.
- iiii. Quando appellandum sit, & intra quæ tempora.  
 v. De appellationibus recipiendis, vel non.  
 vi. De libellis dimissoriis, qui apostoli dicuntur.  
 vii. Nihil innouari appellatione interposita.  
 viii. Quæ sententiæ sine appellatione rescindantur.  
 ix. An per alium causæ appellationum reddi possunt.  
 x. Si tutor, vel curator, [vel] magistratus creatus ap-  
 pellauerit.  
 xi. Eum, qui appellauerit, in prouincia defendi.  
 xii. Apud eum, à quo appellatur, aliam causam agere  
 compellendum.  
 xiii. Si pendente appellatione mors interuenerit.  
 xiiii. De iure fisci.  
 xv. De captiuis, & de post liminio, & [de] redemptis ab  
 hostibus.  
 xvi. De re militari.  
 xvii. De castrensi peculio.  
 xviii. De veteranis.  
*Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimus nonus.*  
*Incipit ex ordine liber QVINQVAGESIMVS.*
- i. Ad municipalem, & de incolis.  
 ii. De decurionibus & filiis eorum.  
 iii. De albo scribendo.  
 iiii. De muneribus & honoribus.  
 v. De vacatione, & excusatione munerum.  
 vi. De iure immunitatis.  
 vii. De legationibus.  
 viii. De administratione rerum ad ciuitates pertinen-  
 tium.  
 ix. De decretis ab ordine faciendis.  
 x. De operibus publicis.  
 xi. De nundinis.  
 xii. De pollicitationibus.  
 xiii. De extraordinariis cognitionibus, & si iudex litem  
 suam fecisse dicitur.  
 xiiii. De proxeneticis.  
 xv. De censibus.  
 xvi. De verborum significatione.  
 xvii. De diuersis regulis iuris antiqui.  
*Explicitus est ex ordine Digestorum liber quinquagesimus feliciter.*

EPIGRAMMA HOC LOCO IN  
 Pand. Florentinis adpositum.

Βίβλον Ιουστινιανὸς ἀνάξ τεχνήσατο τίλιδε  
 Ἦν ῥα Τριβωνιανὸς μεγάλην χάμε παμβασιλῆι  
 Οἶά τις Ἡρακλῆι πανάλολον ἀσπίδα τεύξας  
 Ἦς ἐπι μαρμάρουσιν ἀγάλματα πάντα θεμίτων  
 Ἀθρωποὶ δ' Ἀσίας τε δορυκλήτης τε Λιβύας  
 Εὐρώπης τε πύθονται ὅλου σημαίντοει κόσμου.

ITA VERTIT ALCIATVS.

*Iustinianus opus hoc princeps edidit omnis.  
 Quod Tribonianus rectori condidit orbis,  
 Tanquam aliquis varium componens aspicida magno  
 Alcidae, namque hic fulgent mira omnia legum.  
 Ast Europa, Asiaque homines, Libycique subacti  
 Cuncta gubernantis domini praecepta sequuntur.*



# De conceptione Digestorum.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIUS IVSTI-  
NIANVS, PIVS, FELIX, INCLYTVS, VICTOR  
ac triumphator semper Augustus Triboni-  
niano Quæstori suo Salutem.



Eo auctore, nostrum gubernante Imperium, quod nobis à cælesti maiestate traditum est: & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum reipublicæ sustentamus: & ita nostros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium, ut neque armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio: sed om-

mnem spem ad solam referamus summæ providentiæ trinitatis, unde & mundi totius elementa processerunt, & eorum dispositio in orbem terrarum producta est. Cum itaque nihil tam studiosum in omnibus rebus inuenitur, quàm legum auctoritas, quæ & diuinæ & humanæ res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit: reperimus autem omnem legum tramitem, qui ab Vrbe Roma condita & Romuleis descendit temporibus, ita esse confusum, ut in infinitum extendatur, & nullius humanæ naturæ capacitate concludatur: primum nobis fuit studium à sacratissimis retrò principibus initium sumere, & eorum constitutiones emendare, & viæ dilucidæ tradere: quatenus in vnum codicem congregatæ, & omni superuacua similitudine & iniquissima discordia absolutæ, vniuersis hominibus promptum suæ sinceritatis præbeant præsidium. Hocque opere consummato, & in vno volumine, nostro nomine præfulgente, coadunato: cum ex paucis & tenuioribus releuati, ad summam & plenissimam iuris emendationem peruenire properarem, & omnem Romanam sanctionem & colligere, & emendare, & tot auctorum dispersa volumina vni codici\* indita ostendere (quod nemo [alius] neque sperare, neque optare ausus est) res quidem nobis difficillima, imò magis impossibilis videbatur. Sed manibus ad cælum erectis, [et] æterno auxilio inuocato, eam quoque curam nostris reposuimus animis, Deo freti: qui & res penitus desperatas donare, & consummare suæ virtutis magnitudine potest: & ad tuæ sinceritatis optimum respeximus ministerium, tibiq; primo & hoc opus commisimus (ingenij tui documentis ex nostri Codicis ordinatione acceptis) & iussimus, quos probaueris, tam ex facundissimis antecessoribus, † quàm ex viris disertissimis togatis fori amplissimæ sedis, ad sociandum laborem eligere. His itaque collectis, & in nostrum palatium introductis, nobisque tuo testimonio placitis, totam rem faciendam permisimus: ita tamen, ut tui vigilantissimi animi gubernatione res omnis celebretur.

Iubemus igitur vobis antiquorum prudentium, quibus auctoritatem conscribendarum interpretandarumque legum sacratissimi principes præbuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes & legere, & elimare: ut ex his omnibus\* materia colligatur, nulla (secundum quod possibile est) neque similitudine, neque discordia derelicta, sed ex his hoc colligi, quod vnum pro omnibus sufficiat. Quia autem & alij libros ad ius pertinentes scripserunt, quorum scripturæ [à] nullis auctoribus receptæ, nec vsitatæ sunt: neque nos eorum volumina nostram inquietare dignamur sanctionem. Cùmque hæc materia summa nostri numinis liberalitate collecta fuerit: oportet eam pulcherrimo opere extruere, & quasi proprium & sanctissimum templum iustitiæ consecrare: & in libros quinquaginta & certos titulos totum ius digerere, tam secundum

A nostri constitutionem Codicis, quàm edicti perpetui imitationem (prout hoc vobis commodius esse patuerit) ut nihil extra memoratam consummationem possit esse derelictum, sed his quinquaginta libris totum ius antiquum per millesimum & quadringentesimum penè annum confusum, & à nobis purgatum, quasi quodam muro vallatum, nihil extra se habeat: omnibus auctoribus iuris æqua dignitate pollentibus, & nemini quadam prærogatiua seruanda: quia non omnes in omnia, sed certi per certa, vel meliores, vel deteriores inueniuntur. Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius & æquius est, iudicatore: cum possit [antea vnius] forsitan & deterioris sententia & multos & maiores in aliqua parte superare. Et ideo ea, quæ in notis Aemilij Papiniani ex Vlpiano & Paulo, necnon Marciano adscripta sunt, quæ antea nullam vim obtinebant propter honorem splendidissimi Papiniani, non statim respicere: sed si quid ex his ad repletionem summi ingenij Papiniani laborum vel interpretationem necessarium esse perspexeritis, & hoc ponere legis vicem obtinens non moreremini. Et omnes, qui relati fuerint in hunc Codicem prudentissimi viri, habeant auctoritatem, tanquam si eorum studia ex principalibus constitutionibus profecta, & [à] nostro diuino fuerint ore profusa. Omnia enim meritò nostra facimus: quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas. nam qui non subtiliter factum emendat: laudabilior est eo, qui primus inuenit. Sed & hoc studiosum vobis esse volumus, ut si quid in veteribus non bene positum libris inueniatis, vel aliquod superfluum, vel minus perfectum: superuacua longitudine semota, & quod imperfectum est, repleatis: & omne opus moderatum & quàm pulcherrimum ostendatis. hoc etiam nihilominus obseruando, ut si aliquid in veteribus legibus vel constitutionibus, quas antiqui in suis libris imposuerunt, non rectè scriptum inueniatis, & hoc reformetis, & ordini moderato tradatis: ut hoc videatur esse verum, & optimum, & quasi ab initio scriptum, quod à vobis electum, & ibi positum fuerit: & nemo ex comparatione veteris voluminis, quasi vitiosam scripturam, arguere audeat. Cum enim lege antiqua, quæ regia nuncupabatur, omne ius omnisque potestas populi Romani in Imperatoriam translata sunt potestatem: nos verò sanctionem omnem non diuidimus in alias & alias conditorum partes, sed totam nostram esse volumus: quid possit antiquitas nostris legibus abrogare? Et intantum volumus eadem omnia, cum reposita sunt, obtinere: ut & si aliter fuerint apud veteres conscripta, in contrarium autem in compositione\* [nostra] inueniantur: nullum crimen scripturæ imputetur, sed nostræ electioni hoc adscribatur. Nulla itaque in omnibus prædicti codicis membris ἀντινομία † (sic enim à vetustate Græco vocabulo nuncupatur) aliquem sibi vindicet locum: sed sit vna concordia, vna consequentia, aduersario nemine constituto. Sed & similitudinem (secundum quod dictum est) ab huiusmodi consummatione volumus exulare: & ea quæ sacratissimis constitutionibus, quas in Codicem nostrum redeimus, cauta sunt, iterum poni ex vetere iure non concedimus: cum Diualium constitutionum sanctio sufficit ad eorum auctoritatem: nisi fortè vel propter diuisionem, vel propter repletionem, vel propter pleniorum indaginem hoc contigerit: & hoc tamen perraro, ne ex continuatione huiusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum. Sed & si quæ leges in veteribus libris positæ, iam in desuetudinem abierunt, nullo modo vobis easdem ponere permittimus:

cum

† omnia dicitur.

\* Flo. vno codice.

† Vide Alciat. lib. Disposit. 4. cap. 12.

\* Flo. omnis.

\* Flo. positione. † id est, legum contrarietas pugnantia.



Roma duplex.

\* Flo.com-  
positi.

\* Flo.vobis.

cum hæc tantummodo obtinere volumus, quæ vel iudiciorum frequentissimus ordo exercuit, vel longa consuetudo huius al-  
mæ Urbis comprobavit: secundum Saluij Iuliani scripturam, quæ indicat debere omnes ciuitates consuetudinem Romæ sequi, quæ caput est orbis terrarum, non ipsam alias ciuitates. Romam autem intelligendum est non solum veterem, sed etiam regiam nostram, quæ Deo propitio cum melioribus condita est auguriis. Ideo iubemus duobus istis Codicibus omnia gubernari: vno Constitutionum, altero iuris enucleati, & in futurum Codicem componendi\*: vel si quid aliud à nobis fuerit promulgatum Institutionum vicem obtinens, vt rudis animus studiosi simplicibus enutritus, facilius ad altioris prudentie redigatur scientiam. nostram autem consummationem, quæ Deo aduente à nobis\* componetur, Digestorum vel Pandectarum nomen habere sancimus: nullis iuris peritis in posterum audentibus commentarios illi applicare, & verbositate sua supradicti Codicis compendium confundere: quemadmodum in antiquioribus temporibus factum est, cum per contrarias interpretantium sententias totum ius penè conturba-

tum est. sed sufficiat per indices tantummodo & titulorum subtilitatem, quæ παράτιλα † nuncupantur, quedam ad-  
monitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo. Ne autem per scripturam aliqua fiat in posterum dubitatio: iubemus non per signorum\* captiones & compendiosa enigmata, quæ multas per se & per suum vitium ἀντι-  
νομίαν induxerunt, eiusdem Codicis textum conscribi: etiam si numerus librorum significabitur, aut aliud quidquam. Nec etenim [ hæc ] per specialia signa\* numerorum manifestari, sed per literarum consequentiam explanari concedimus. Hæc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia vnà cum aliis facundissimis, viris studeat, & tam subtili, quàm celerrimo fini tradere: vt codex consummatus, & in quinquaginta libros digestus, nobis offeratur in maximam & æternam rei memoriam, Deique omnipotentis prouidentie\* argumentum, nostrique Imperij, vestrique ministerij gloriam. Data octauodecimo Kalend. Ianuar. Lampadio & Oreste viris clarissimis Consulibus.

FELICITER.

## De confirmatione Digestorum.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIUS IVSTINIANVS,  
ALAMANNICVS, GOTTHICVS, FRANCICVS,  
Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus,  
Pius, Felix, Inclytus, Victor ac triumphator  
semper Augustus ad Senatum &  
omnes populos.



Anta circa nos diuinæ humanitatis est prouidentia, vt semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. post bella enim Parthica æterna pace sopita, postque Vandalicam gentem ereptam, & Carthaginem, imò magis omnem Libyam Romano imperio iterum sociatam: & leges antiquas iam senio prægru-

uatas, per nostram vigilantiam præbuit in nouam pulchritudinem, & moderatum peruenire compendium: quod nemo ante nostrum imperium vnquam sperauit, neque humano ingenio possibile esse penitus existimauit. erat enim mirabile Romanam sanctionem ab vrbe condita vsque ad nostri imperij tempora, quæ penè in mille & quadringentos annos concurrunt, intestinis præliis vacillantem, hocque & in Imperiales constitutiones extendentem, in vnâ reducere consonantiam: vt nihil neque contrarium, neque idem, neque simile in ea inueniatur, & ne gemine leges pro rebus singulis positæ vsquam appareant. nanque hoc cœlestis quidem prouidentie peculiare fuit: humane verò imbecillitati nullo modo possibile. Nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus præsidium, & summo numine inuocato Deum auctorem & totius operis præfulem fieri optauimus: & omne studium Triboniano viro excelso, magistro officiorum, & exquestore sacri nostri palatii & exconsule credidimus, eique omne ministerium huiuscemodi ordinationis imposuimus, vt ipse vnà cum aliis illustribus & prudentissimis viris nostrum desiderium adimpleret. nostra quoque maiestas semper inuestigando & perscrutando ea, quæ ab his componebantur, quidquid dubium & incertum inueniebatur, hoc cœlesti numine rectè\* emendabat, & in competentem formam redigebat. Omnia igitur confecta sunt, domino &

deo nostro Iesu Christo possibilitatem, tam nobis quàm nostris in hoc satellitibus præstante. Et principales quidem constitutiones duodecim libris digestas, iam ante in Codicem nostro nomine præfulgentem contulimus. postea verò maximum opus adgredientes, ipsa vetustatis studiosissima opera iam penè confusa & dissoluta, eidem viro excelso permisimus tam colligere, quàm certo moderamini tradere. Sed cum omnia percontabamur, à præfato viro excelso suggestum est, duo penè milia librorum esse conscripta, & plusquam trecentiens decem milia versus à veteribus effusa, quæ necesse esset omnia & legere, & perscrutari, & ex his si quid optimum fuisset, eligere. Quod cœlesti fulgore & summæ trinitatis fauore confectum est secundum nostrâ mandata, quæ ab initio ad memoratum virum excelsum fecimus: & in quinquaginta libros omne, quod utilissimum erat, collectum est: & omnes ambiguitates decise, nullo seditioso relicto. noménque libris imposuimus Digestorum seu Pandectarum: quia † omnes disputationes & decisiones in se habent legitimas, & quod vndique fuit collectum, hoc in sinus [ suos ] receperunt, in centum quinquaginta penè milia versus totum opus consummantes. & in septem partes eos digestimus, non perperam, neque sine ratione: sed in numerorum naturam & artem respicientes, & consentaneam eis diuisionem partium conscientes. Igitur PRIMÀ quidem pars totius contextus, quæ Græco vocabulo [ τὰ ] πρώτα nuncupatur, in quatuor libros seposita est. SECVNDVS autem articulus septem libros habet, qui de iudiciis appellantur. IN TERTIÀ verò congregatione omnia, quæ de rebus nominantur, contulimus, octo libris ei\* deputatis. QVARTVS autem locus, qui & totius compositionis quasi quidam inuenitur vmbilicus, & octo libros suscepit: in quibus omnia, quæ ad hypothecam pertinent, reposita sunt, vt non [ à ] pigneratitia actione in libris de Rebus posita, multum distarent. Alio libro eidem\* inser-

† quasi titi-  
laria dicas,  
quod per ea  
titulus cum  
cū loco cōfe-  
ratur. idem  
penè quod  
vulgò coti-  
cordantias  
vocamus.  
\* Flo. sim-  
plorū, alias  
singulorum.  
\* Flo. figla.

\* Flo. prt-  
dentia.

† qui, Flo.

\* eis, Flo.  
\* quoddam  
inn. vmbil-  
cum Flo.  
\* eodem in-  
ser. volumi-  
na.

\* Fl. erecta.



to volumini, qui adilitium edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ stipulationem, quæ de euctioibus proposita est, continet: quia hæc omnia titulis emptionum & venditionum consentanea sunt, & prædictæ actiones quasi pedisequæ illarum ab initio processerunt: in vetustioris quidem edicti ordinatione in loca deuia & multum\* distantia deuagantes, per nostram autem providentiam his congregatæ: cum oportuerat ea, quæ de eodem penè loquuntur, in consinio ponere. Alius itaque liber post duos primùm\* nobis excogitatus est de usuris, & traiectionibus pecuniis, & de instrumentis, & testibus, seu probationibus, necnon præsumptionibus. & memorati tres singulares libri iuxta compositionem de rebus positi sunt. Post hos si qua de sponsalibus, vel nuptiis, vel dotibus, [et] legibus [carum] dicta sunt, reposuimus, tribus librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem & curationibus geminos libros conscripsimus. Et memoratam ordinationem octo B librorum mediam totius operis reposuimus, omnia vndique tam vtilissima, quàm pulcherrima iura continentem. QVINTVS autem exoritur nobis Digestorum articulus, in quem de testamentis, & codicillis, tam priuatorum, quàm militum, omne quicquid antiquis dictum [est], inueniat quis depositum qui de testamentis appellatur. De legatis autem & fideicommissis quinque librorum numerus adgregatus est. Cumque nihil tam peculiare fuerat, quàm legatis quidem legis Falcidie narratio, fideicommissis autem, [quàm] senatusconsulti Trebelliani: singulis libris vtrique eorum applicatis, tota pars quinta in nouem libros coadunata est. Solum autem senatusconsultum Trebellianum ponendum esse existimauimus. capiosas etenim & ipsis veteribus odiosas Pegasiani senatusconsulti ambages, & vtriusque senatusconsulti ad se tam superuacuas, quàm scrupulosas diuersitates respicientes totum ius super his positum Trebelliano senatusconsulto adiudicauimus.

Sed in his nihil de caducis à nobis memoratum est: ne causa, quæ in rebus non prosperè gestis & tristibus temporibus Romanis increbuit calamitatibus, bello coalescens civili, nostris maneat temporibus, quæ fauor cælestis & pacis vigore firmavit, & super omnes gentes in bellicis victoriis posuit\* ne luctuosum monumentum læta secula inumbrare concedatur. SEXTA deinde pars Digestorum exoritur, in qua omnes bonorū possessiones positæ sunt, quæ ad ingenuos, quæ ad libertinos respiciunt: ut & ius omne, quod de gradibus & adfinitatibus descendit, legitimæque hereditates, & omnis ab intestato successio, & Teryllianum, & Orphitianum senatusconsultum, ex quibus mater & filij inuicem sibi heredes existunt, in geminos libros contulimus, bonorum possessionum multitudinem in compendiosum & manifestissimū ordinem concludentes. Post hæc ea, quæ de operis noui nuntiationibus, damnique infecti, & de\* edificiis dirutis, & eorum insidiis, & quæ de aqua pluua arcenda veteribus auctoribus placita sunt: [necnō] quæ de publicanis, & donationibus, tam inter viuos, quàm mortis causa conficiendis, cauta legibus inuenimus, in librum singularem deduximus. De manumissionibus autem & de liberali causa, alius liber respōdet: quemadmodum & de acquisitione tam dominij, quàm possessionis, & titulis qui eam inducunt, multa & varia lectiones vni sunt insertæ volumini: alio libro deputato his qui iudicati, vel in iure confessi sunt, & de bonorum detentionibus & venditionibus, & ut ne quid in fraudem creditorum fiat. Postque hæc omnia interdicta [con] glomerata sunt: & deinceps exceptiones, & de temporum prolixitatibus, & de obligationibus & actionibus liber item\* singularis extenditur: ut præfata sexta pars totius Digestorū voluminis octo libris definiatur. SEPTIMA V S autem & nouissimus articulus Digestorum sex libris formatus est: quos de stipulationibus, seu verborum obligationibus, & [de] fideiussoribus & mandatoribus, necnon nouationibus, & solutionibus, & acceptilationibus, & de prætoris stipulationibus, omne quod ius inuenitur, geminō volumine inscriptum est, quod in libris antiquis nec numerari possibile fuit. Et post hoc duo terribiles libri positi sunt de\* delictis priuatis, & extraordinariis, necnon publicis criminibus, qui omnem continent seueritatem pœnarūque atrocitatem. Quibus permixta sunt & ea quæ de audacibus hominibus cauta sunt, [et] qui se celare conantur, & contumaces existunt: & de pœnis, quæ cōdemnatis infliguntur, vel con-

ceduntur, necnon de eorum substantiis. Liber autem singularis pro appellationibus nobis excogitatus est contra sententias, tam civiles quàm criminales causas finientes. Cætera autem omnia, quæ ad municipales, vel de decurionibus, & muneribus, vel publicis operibus, vel nundinis, & pollicitationibus, & diuersis cognitionibus, & censibus, vel significatione verborum veteribus inuenta sunt, quæque regulariter definita, in sese recipit quinquagesimus, totius consummationis perfectus. Quæ omnia confecta sunt per virum excelsum, necnon prudentissimum magistrum exquæstore & exconsule Tribonianum, qui similiter eloquentiæ, & legitima scientiæ artibus decoratus, & in ipsis rerum experimentis emicuit, nihilque maius, nec charius nostris vnquam iusionibus duxit: necnon per alios viros magnificos & studiosissimos perfectæ sunt, id est, Constantinum virum illustrem, comitem sacrarum largitionum, & magistrum scrinii libellorum, sacrarumque cognitionum, qui semper nobis ex bona opinione & gloria sese cōmendauit: necnon Theophilum virum illustrem magistrum iurisque peritum in hac splendidissima ciuitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem. & Dorotheum virum illustrem & facundissimum quæstorium, quem in Berytensium splendidissima ciuitate leges discipulis tradentem propter eius optimam opinionem & gloriam ad nos deduximus, participemque huius operis fecimus. sed & Anatolium virum illustrem magistrum, qui & ipse apud Berytenses iuris interpretis constitutus ad hoc opus allectus est, vir ab antiqua stirpe legitima procedens: cum & Pater eius Leontius & auus Eudoxius, qui post Patritium in chytæ recordationis quæstorium & antecessorem, & Leontium virum gloriosissimum præfectorium, consularum atque Patricium filium eius, optimam sui memoriam in legibus reliquerint. necnon & Cratinum virum illustrem, & comitem sacrarum largitionum, & optimum antecessorem huius alme vrbis constitutum. qui omnes ad prædictū opus electi sunt vna cum Stephano, Mena, Profdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leotio, Platone, Iacobo, Constantino, Ioanne, viris prudentissimis, qui patroni quidem sunt causarum apud maximam sedem præfecturæ, quæ orientalibus prætoris præsidet. Omnes\* autem sue virtutis testimonium vndique\* accipientes, & à nobis ad tati operis consummationem electi sunt: & cum omnes in vnum conuenerunt gubernatione Triboniani viri excelsi, ut tantum opus nobis auctoribus possent conficere, deo propitio in prædictos quinquaginta libros opus consummatum est. Tanta autem à nobis antiquitati habita est reuerentia, ut nomina prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur modo: sed vnusquisque eorum, qui auctor legis fuit, nostris Digestis inscriptus est: hoc tantummodo à nobis effecto, ut si quid in legibus eorum vel superuacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum visum est: vel adiectionem, vel diminutionem necessariam accipiat, & rectissimis tradatur regulis. [sed] & in multis similibus vel contrariis quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus positum est. vnaque omnibus auctoritate indulta: ut quidquid ibi scriptum est, hoc nostrum appareat, & ex nostra voluntate compositum: nemine audente comparare ea, quæ antiquitas habebat, & quæ nostra auctoritas introduxit: quia multa & maxima sunt, quæ propter vtilitatem rerum transformata sunt: adeo, ut & si principalis constitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei pepercimus, sed & hanc\* corrigendam\* esse putauerimus, & in melius restaurandam.\* nominibus etenim veteribus relictis, quidquid legum veritati decorum & necessarium fuerat, hoc nostris emendationibus seruauimus: & propter hanc causam, & si quid inter eos dubitabatur, hoc iam in tutissimā peruenit quietem, nullo titubante relictō. Sed cum prospeximus, quod ad portandam tantæ sapientiæ molem non sint idonei homines rudes, & qui in primis legum vestibulis stantes intrare ad arcana eorum properant, & aliam mediocrem eruditionem\* preparandam esse censuimus, ut sub ea colorati, & quasi primitiis omnium imbuti, possint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcherrimam non conuiuentibus oculis accipere. Et ideo Triboniano viro excelso, qui ad totius operis gubernationem electus est, necnon Theophilo & Dorotheo viris illustribus & facundissimis antecessoribus arcessitis: mandauimus, quatenus libris, quos veteres composuerunt

\* Flo. multo.

\* Flo. post duo primos.

\* Victori periculis superposit.

\* Pro zd. Flo.

\* iterū. Flo.

\* Flo. pro

\* Omne, H.

\* hoc corrigendū. Flo. \* restaurandum. Flo.

\* emendationem. Flo.



fuerunt, qui prima legum argumenta continebant, Institutiones  
 vocabantur, [vndique] separatim collectis: quicquid ex his utile,  
 & aptissimum, & vndique sit elatum, & rebus, quæ in præsen-  
 ti ævo in usu vertuntur, consentaneum inuenitur: hoc & capere  
 studeant, & quatuor libris reponere, & totius eruditionis prima  
 fundamenta atque elementa ponere, quibus iuvenes suffulti, pos-  
 sint grauiora & perfectiora legum scita sustentare. Admonimus  
 autem eos, ut memores etiam nostrarum fiant constitutionum,  
 quas pro emendatione iuris promulgauimus: & in confectione In-  
 stitutionum etiam eandem emendationem\* ponere non morentur:  
 ut sit manifestum, & quid antea vacillabat, & quid postea in  
 stabilitatem redactum est. Quod opus ab his perfectum, ut nobis  
 oblatum & relectum est: & prono suscepimus animo, & nostris  
 sensibus non indignum esse iudicauimus, & prædictos libros con-  
 stitutionum vicem habere iussimus: quod & in oratione no-  
 stra, quam eisdem libris præposuimus, apertius declaratur. Omni  
 igitur Romani iuris dispositione composita, & in tribus volumi-  
 nibus, id est Institutionum, & Digestorum seu Pandectarum, nec  
 non Constitutionum, perfecta, & in tribus annis consummata,  
 quæ ut primum sperari\* cæpit, neque in totum decennium com-  
 pleti sperabatur: omnipotenti deo & hanc operam ad hominum  
 sustentationem piis obtulimus animis, vberesque gratias maximæ  
 deitati reddidimus: quæ nobis præstitit, & bella feliciter agere, &  
 honesta pace perpotiri, & non tantum nostro, sed etiam omni ævo,  
 tam instanti, quam posteriori leges optimas ponere. Omnibus ita-  
 que hominibus eandem sanctionem manifestam facere, necessa-  
 rium esse perspeximus: ut sit eis cognitum, quanta confusione  
 & infinitate absoluti, in quantam\* moderationem & legitimam  
 veritatem peruenerunt: legesque in posterum habeant, tam dire-  
 ctas, quam compendiosas, omnibusque in promptu positas, & ad  
 possidendi libros earum facilitatem idoneas: ut non mole diuitia-  
 rum expensa possint homines superuacua legum multitudinis adi-  
 pisci volumina, sed vilissima pecunia facilis eorum comparatio  
 pateat tam ditioribus, quam tenuioribus, minimo pretio magna  
 prudentia reparanda. Si quid autem in tanta legum compositio-  
 ne, quæ ab immenso librorum numero collecta est, simile forsitan  
 raro inueniatur: nemo hoc vituperandum existimet, sed primum  
 quidem imbecillitati humanæ, quæ naturaliter inest hoc inscribat:  
 quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, diui-  
 nitatis magis, quam mortalitas est. quod & à maioribus dictum est.  
 deinde sciat, quod similitudo in quibusdam & his breuissimis ad-  
 sumpta non inutilis est, & nec citra nostrum propositum hoc sub-  
 secutum. aut enim ita lex necessaria erat, ut diuersis titulis pro-  
 pter rerum cognitionem applicari eam oportuerit: aut cum fuerat  
 aliis diuersis permixta, impossibile erat eam per partes detrahi, ne  
 totum confunderetur. & in his partibus, in quibus perfectissime  
 visiones veterum expositæ fuerant, quod particulatim in ea fue-  
 rat sparsum, hoc diuidere ac separare penitus erat inciuile: ne tam  
 sensus, quam aures legentium ex hoc perturbarentur. Similique  
 modo si quid principalibus constitutionibus cautum est: hoc in Di-  
 gestorum volumine poni nullo concessimus modo, quasi constitu-  
 tionum recitatione sufficiente: nisi & hoc raro ex hisdem causis,  
 [ex] quibus similitudo adsumpta est. Contrarium autem aliquid in  
 hoc Codice positum nullum sibi locum vindicabit, nec inuenitur, si  
 quis subtili animo diuersitatis rationes excutiet: sed est aliquid no-  
 uum inuentum, vel occultè positum, quod dissonantiæ querelam  
 dissoluit, & aliam naturam inducit discordiæ fines effugientem.

\* eadem e-  
medatone.  
Flo.

\* Flo. sepa-  
rari.

\* Flo. quã.

\* adprehen-  
dere. Flo.

ipsam inscientiam: & voluntate iudicum magis quam legitima  
 auctoritate lites dirimebantur. In presenti autem consummatio-  
 ne nostrorum Digestorum è tantis leges collectæ sunt volumini-  
 bus: quorum & nomina antiquiores homines, non dicimus, nescie-  
 bant, sed nec vnquam audiebant. quæ omnia collecta sunt sub-  
 stantia amplissima congregata: ut egena quidem antiqua multi-  
 tudo inueniatur, opulentissima autem breuitas nostra efficiatur.  
 Antiquæ autem sapientiæ librorum copiam maximè Tribonianus  
 vir excellentissimus præbuit, in quibus multi fuerant & ipsis  
 eruditissimis hominibus incogniti: quibus omnibus perlectis, quid-  
 quid ex his pulcherrimum erat, hoc semotum in optimam nostram  
 compositionem peruenit. Sed huius operis conditores non solum ea  
 volumina perlegerunt, ex quibus leges positæ sunt: sed etiam alia  
 multa, quæ nihil vel utile vel nouum [in] eis inuenientes, quod ex-  
 ceptum\* nostris Digestis applicarent, optimo animo respuerunt.

Sed quia diuinæ quidem res perfectissimæ sunt, humani verò iu-  
 ris conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in ea, quod  
 stare perpetuo possit (multas etenim formas edere natura nouas de-  
 properat) non desperamus, quædam postea emergi negotia, quæ ad-  
 huc legum laqueis non sunt inmodata. \* Si quid igitur tale conti-  
 gerit: Augustum imploretur remedium: quia ideo imperialem for-  
 tunam rebus humanis deus præposuit, ut possit omnia, quæ nouiter  
 contingunt, & emendare, & componere, & modis & regulis  
 competentibus tradere. & hoc non primum à nobis dictum est, sed  
 ab antiqua descendit profapia: cum & ipse Iulianus legum & e-  
 dicti perpetui subtilissimus conditor, in suis libris hoc retulit: ut si  
 quid imperfectum inueniatur, ab imperiali sanctione hoc replea-  
 tur. & non ipse solus: sed & diuus Hadrianus in compositione e-  
 dicti & senatusconsulto, quod eam secutum est, hoc apertissime  
 definiuit: ut si quid in edicto positum non inuenitur, hoc ad eius  
 regulas, eiusque coniecturas, & imitationes possit noua instruere  
 auctoritas. Hæc igitur omnia scientes patres conscripti, & om-  
 nes orbis terrarum homines, gratias quidem amplissimas agite sum-  
 mæ diuinitati, quæ vestris temporibus tam saluberrimum opus ser-  
 uauit. quo enim antiquitas digna diuino non est visa iudicio: hoc  
 vestris temporibus indultum est. Hæc itaque leges & adorate,  
 & obseruate, omnibus antiquioribus quiescentibus: nemoque ve-  
 strum audeat vel comparare eas prioribus, vel si quid dissonans in  
 utroque est, requirere: quia omne, quod hic positum est, hoc vni-  
 cum & solum obseruari censemus. Nec in iudicio, nec in alio cer-  
 tamine, ubi leges necessariae sunt, ex aliis libris, nisi ab iisdem, In-  
 stitutionibus, nostrisque Digestis, & constitutionibus à nobis com-  
 positis, vel promulgatis, aliquid vel recitare, vel ostendere cone-  
 tur: nisi temerator vel falsitatis crimini subiectus, vna cum iu-  
 dice, qui ei audientiam accommodauerit, \* poenis grauissimis labo-  
 rare. Ne autem incognitum vobis fiat, ex quibus veterum libris  
 hæc consummatio ordinata est: iussimus & hoc in primordiis Di-  
 gestorum nostrorum inscribi: ut manifestissimum sit, ex quibus le-  
 gislatoribus, quibusque libris eorum, & quot milibus hoc iustitiæ  
 Romanæ templum edificatum est. Legislatores autem vel com-  
 mentatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant, & quos &  
 anteriores piissimi principes admittere non sunt indignati: omni-  
 bus vno dignitatis apice impertito, nec sibi quoquam\* aliquam  
 prærogatiuam vindicâte. cum enim constitutionum vicem & has  
 leges obtinere censuimus, quasi ex nobis promulgatas: quid amplius,  
 aut minus in quibusdam esse intelligatur, cum vna dignitas, vna  
 potestas omnibus est indulta? Hoc autem, quod & ab initio no-  
 bis visum est, cum hoc opus fieri deo adnuente mandabamus: tem-  
 pestiuum nobis esse videtur & in presenti sancire: ut nemo neque  
 eorum, qui in presenti iuris peritiam habent, neque qui postea fue-  
 rint, audeat commentarios hisdem legibus adnectere: nisi tantum  
 si velit eas in Græcam vocem transformare sub eodem ordine, ea-  
 demque consequentia, sub qua & voces Romanæ positæ sunt, hoc  
 quod Græci  $\alpha\epsilon\tau\alpha\ \tau\omicron\delta\delta\alpha$  dicunt. & si qui forsitan per titulorum  
 subtilitatem adnotare maluerint, & ea quæ  $\alpha\epsilon\gamma\tau\iota\lambda\alpha$  nuncu-  
 pantur, componere. alias autem legum interpretationes, imò magis  
 peruersiones, eos iactare non concedimus: ne verbositas eorum a-  
 liquid legibus nostris adferat ex confusione dedecus: quod & in  
 antiquis edicti perpetui commentatoribus factum est, qui opus mo-

\* exceptū.  
Flo.

\* innotuata,  
Flo.

\* Flo. patia-  
tur.

\* cuidam.  
Flo.

† id est, iux-  
ta pedem,  
quod verò  
hoc loco si-  
gnificet, vi-  
de Alciat. Pa-  
reng. lib. 11.  
cap. 6.



deratè confectum huc atque illuc in diuersas sententias producentes, in infinitum detraxerunt, ut penè omnem Romanam sanctionem esse confusam [cerneres.] Quod \* si non passi sumus: quemadmodum posteritatis admittetur vana discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint: ipsi quidem falsitatis rei constituentur, volumina autem eorum omnino corrumpantur. Si quid verò (ut supra dictum est) ambiguum fuerit visum: hoc ad Imperiale culmen per iudices referatur, & ex auctoritate Augusta manifestetur, cui soli leges & condere, & interpretari concessum est. Eandem autem poenam falsitatis constituimus & aduersus eos, qui in posterum leges nostras per signorum † obscuritates ausi fuerint conscribere: omnia enim, id est, & nomina prudentium, & titulos, & librorum numeros, per consequentias litterarum volumus, non per signa \* manifestari: ita, ut qui talem librum sibi parauerit, in quo signa † posita sunt in qualemcunque locum libri vel voluminis, sciat inutilis se esse Codicis dominum. neque enim licentiam aperimus ex tali Codice in iudicium aliquid recitare, qui in quacunque sua parte signorum \* habet malitias. Ipse autem librarius, qui eas inscribere ausus fuerit: non solum criminali poena (secundum quod dictum est) plectetur, sed etiam libri estimationem in duplum domino reddet, si & ipse dominus ignorans talem librum vel comparauerit, vel confici curauerit. quod & antea à nobis dispositum est in Latina constitutione, & in Græca, quam ad legum professores dimisimus. Leges autem nostras, quas in his Codicibus

A id est Institutionum seu elementorum, & Digestorum vel Pandectarum posuimus: suum obtinere robur ex tertio nostro felicissimo sancimus consulatu presentis duodecimæ indictionis, tertio Kalendas Ianuarias, in omne æuum valituras, & unà cum nostris constitutionibus pollentes, & suum vigorem in iudiciis ostendentes in omnibus causis, siue quæ postea emerferint, siue quæ in iudiciis adhuc pendent, nec eas iudicialis vel amicalis forma compefcuit. quæ enim iam vel iudiciali sententia finita sunt, vel amicali pacto sopita, hæc resuscitari nullo volumus modo. Bene autem properauimus in tertium nostrum Consulatum & has leges edere: quia maximi dei & domini nostri Iesu Christi auxilium felicissimum; eum nostræ reipublicæ donauit: cum in hunc & bella Parthica abolita sunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mundi nobis adcreuit. post Europam enim & Asiam, & tota Libya nostro imperio adiuncta est, & tanto operi legum caput impositum est, & omnia cœlestia dona nostro tertio cōsulatu indulta.

Omnes itaque iudices nostri pro sua iurisdictione easdem leges suscipiant: † & tam in suis iudiciis, quam in hac regia vrbe habeant, & proponant, & præcipuè vir excelsus huius almæ vrbis præfectus. curæ autem erit tribus excelsis præfectis prætoris, tam orientalis, quam Illyricis, necnon Libycis per suas auctoritate omnibus, qui suæ iurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare.

Data septimodecimo Kal. Ianu. Iustimiano domino nostro ter Consule.

E N

\* Quos.  
Flo.† Flo. siglorum  
etiam in cōstitui. Græca  
legere est.  
\* figla.  
† figla.

\* siglorum

† suscipiant.  
Flo.



ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ ΤΟΥ ΔΕΣ- Α  
ΡΟΤΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΥ  
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

IN NOMINE DOMINI  
ET DEI NOSTRI  
Iesu Christi.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, Φλάβιος, Ἰουστινιανός, Ἀλαμαν-  
νικός, Γοτθικός, Φραγκικός, Γερμανικός, Ἀντικός, Ἀλανί-  
κός, Βανδαλικός, Ἀφρικανός, θύσεβης, θύτυχης, ἐνδοξός,  
νικητής, Ἰοπαιούχος, αἰσεβέστατος Αὐγούστος τῆς μεγάλης  
βουλῆς, καὶ τῶν δὲ δὴμῶν, καὶ πάσαις ταῖς τῆς οἰκουμένης  
ἡμῶν πόλεσιν.

Imperator Cæsar, Flavius, Iustinianus, Alemannicus, Gotthi-  
cus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Afri-  
canus, pius, felix, inclutus, victor, triumphator, semper Augustus  
magno Senatui, & populo, & vniuersis nostræ ditionis vrbibus.

**Δ**Ε ΔΩΚΕΝ ἡμῖν ὁ θεὸς μετὰ τὴν πρῶ-  
τὴν Πέρσας εἰρήνην, μετὰ τὸ χεῖρ Βαυδάλων τρο-  
παῖον καὶ τὴν ὄλιαν Λιβύης κλῆσιν, καὶ τὴν τῆς ὀνο-  
μαστοῦ τῆς Καρχηδῶνος ἐπανάληψιν, καὶ τὸ τῆς  
ἐπαναλώσεως εἰς πέρσας ἀγα-  
γεῖν τῆς πρῶτῆς ἡμῶν βεβασιλευκότων  
ἐπεὶ οὐδὲ εἰς νοῦν βάλλε-  
σθαι ἤλπισεν αὐτῶν, οὐτε δυνατὸν ὄλως  
αὐτῶν αὐτὸ εὐνομίῳι νομοθε-  
σίαν τοῦ τῆς πρῶτῆς ἀρεστέρας  
μέχρι τῆς αὐτῶν, οἱ δὲ ἀμ-  
φι τὰ γέλια οὐκ εἰ τοῖς ἀλ-  
λοῖς μόνων, ἀλλὰ καὶ εἰ τῶν βασιλικῶν ἀφαι-  
ξεσι πρῶτος ἀπασαν ἀεὶ συμφωνίαν τε καὶ ἀφω-  
νίαν, καὶ τὸ μὴ μαχόμενον αὐτῆς ἐξελεῖν τὸ δὲ ταῦ-  
τόν τε καὶ ὅμοιον ἐξωθήσασιν, μίαν δὲ αὐτῆς κάλλους  
εἰδέαν πρῶτος εἶναι, ὥστε ἕνα τὸν κείμενον ἐφ' ἑα-  
στῶν κερθεῖν ἀράγματι νόμον τῆς ἀνάθεσι ροπῆς  
καὶ τῆς ἐκείθεν φιλανθρωπίας ἴδιον ἴδω, ἀλλ' οὐκ  
ἀνθρωπίνης πινός ἀφαιρέσεως, ἢ διωά-  
μεως ὄλως. ἡμεῖς οὖν, τοῦτο δὴ τὸ βουθισμένον ἡ-  
μῖν, τὰς χεῖρας εἰς θεὸν ἀνατείναντες, καὶ αἰτήσαν-  
τες ἡμῖν αὐτὸν συλλαβεῖν, ἐπεχειρήσασθαι τε καὶ τὸ  
πᾶν ἐξεργασάμεθα. Τελωνιαῶν τῶν ἐνδοξοτάτων  
μαγίστρων, καὶ ἀπὸ κυριόρων τοῦ θεοῦ ἡμῶν πα-  
λατίου, καὶ ὑπάτων πρῶτος ὄλιαν ἑπορευόμενοι  
χρησάμενοι, καὶ πᾶσι ἄλλοις ἐνδόξοις τε καὶ σο-  
φοῖς ἀνδράσιν ἐρωτῶντες μὴ αἰετὸ γνόμενον, τὸ  
δὲ ἀμφισβητήσιμον μανθάνοντες, πᾶσιν δὲ ἐκ τῆς  
ἐνδιδόμενης ἡμῖν πρῶτος τοῦ δεσπότη τοῦ θεοῦ καὶ σω-  
τήρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώσεως τε καὶ γάλ-  
ψως ἐπιτηθέντες πέρσας πρῶτος. τὰς μὲν οὖν  
εὐσεβείας ἀφαιρέσεις ἡδὴ πρῶτος δώδεκα βιβλί-  
οις περὶ τελευτῶντες, τὸ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπι-  
νομιον βουθετήσασθαι βιβλίον· οὐδὲ τὰς ἀπάντων  
τῶν ἐμπεροσθεν νομοθετησάντων, βουθετήσαντες  
γνώμας ἐκ τοῦ πλήθους ἀπερῶντων βιβλίων, ἀ-  
πὸρ ἡμῶν μὲν ἀμφὶ τὰ δισχέλια, ἀειθρῶν δὲ εἶχον  
εἶχον μυριάδων τριακοσίων, ἐπὶ ἡμετέρον τε ἀ-  
μα καὶ εὐσεβῶσι συνηγάσασθαι ἀθροίσμα. πεντή-  
κοντα οὖν τὰ πάντα πεποιήμεθα βιβλία τὰ νῦν,  
ἀνάθεσι βουθετήσαντες τὸ χεῖρισμον, καὶ ἀπασὰς  
τὰς ζητήσεις ἀμύνητες, καὶ μηδὲν καταλιπόντες  
ἐπιφασιαζόμενον. ὅσα βιβλία DIGESTA,  
εἴτε πανδέκτιον πρῶτος ἡμετέρας μὲν ἐκ τε τοῦ τῶν  
νόμων ἔχειν διαμρέσας τε καὶ ἀφαιρέσας ἐκ τε τοῦ  
τὸ πᾶν εἰς εἰς ἀθροισθῆναι ἑποδὲξασθαι, ταῦτα  
αὐτῶν ἡμετέροις τῶν πρῶτος ἡμετέρας οὐ παρατρέψω τε  
πάντα καὶ δέκα μυριάδων εἶχον ἀειθρῶν αὐτῶν δόν-  
τες, καὶ εἰς ἐπιφῶν τοῦτο ἀφαιρέσασθαι πρῶτος ἡμετέρας  
Ateius Capito in iis quę ei tradita c fuerant, perseuera-  
bat: Labeo ingenij qualitate, & fiducia doctrinę, qui \*  
& cęteris operis sapientię operam dederat, plurima in-  
nouare instituit. & ita Ateio Capitoni Massurius Sabi-  
nus successit Labeoni Nerua: [ qui ] adhuc eas dissen-  
siones auxerunt. hic etiam Nerua familiarissimus Cęsari  
fuit. Massurius Sabinus in equestri ordine fuit: & pu-  
blicę primus respondit. posteaque hoc cępit benefi-  
cium d dari à Tiberio Cęsare. Hoc tamen illi conces-  
sum erat. Et, vt obiter sciamus, ante tempora Augusti  
publicę respondendi ius non à principibus dabatur: sed  
qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulenti-  
bus respondebant: neque responsa vtiq; signata da-  
bant: sed plerumque iudicibus ipsi scribebant, aut testa-  
bantur, qui illos consulebant. Primus diuus Augustus,  
vt maior iuris auctoritas haberetur, constituit vt ex au-

+ versus.

Ateius Ca-  
pito.  
Antistius  
Labeo.

\* quadra-  
ginta.

\* qui pra  
ceteris.  
Massurius  
Sabinus.  
Nerua.

Publicę re-  
spondendi  
ortus.

gibus vicesima a primus con-  
scripsit, de iurisdictione. idem e-  
dictum Prętoris primus diligen-  
ter composuit. Nam ante eum  
Seruius duos libros ad Brutum  
perquam breuissimos ad edictum  
subscriptos reliquit. Fuit eodem  
tempore & Trebatius, qui idem  
Cornelij Maximi auditor: fuit  
Aulus Cascellius, & Quintus  
Mucius Volusij auditor. deni-  
que in illius honorem testamen-  
to Publium Mucium nepotem  
eius reliquit heredem. fuit  
autem quęstorius: nec vltra  
proficere voluit, cum Augustus  
illi etiam consulatum offerret. Ex  
his Trebatius peritior Cascellio,  
Cascellius Trebatio eloquentior  
fuisse dicitur: Ofilius vtroque do-  
ctior. Cascellij scripta non exstāt,  
nisi vnus liber Bene dictorum,  
Trebatiij complures: sed minus  
frequentantur. Post hos quo-  
que Tubero fuit, qui Ofilio ope-  
ram dedit. fuit autem patricius:  
& transiit à causis agendis ad ius  
ciuile: maximę postquam Quin-

A  
toritate eius responderent: & ex illo tempore peti hoc  
pro beneficio cępit. & ideo optimus princeps Hadria-  
nus, cum ab eo viri prętorij peterent vt tibi liceret respō-  
dere: rescripsit eis, hoc non peti, sed pręstari c solere: &  
ideo si quis fiduciam sui haberet, deletari se: populo ad  
respondendum se prępararet. Ergo Sabino concessum  
est à Tiberio Cęsare, vt populo responderet: qui in eque-  
stri ordine iam grandis natu, & ferē annorum quinquā-  
ginta receptus est. Huic nec amplę facultates fuerunt:  
sed plurimum à suis auditoribus sustentatus est. Huic suc-  
cessit Caius Cassius Longinus, natus ex filia Tuberonis:  
quę fuit neptis Seruij Sulpicij:  
& ideo proauum suum Seruium  
Sulpicium appellat. hic consul  
fuit cum Quartino † tempori-  
bus Tiberij. sed plurimum in  
ciuitate auctoritatis habuit, eo-  
usque donec eum C. Cęsar ci-  
uitate expelleret. expulsus ab  
eo in Sardiniam, reuocatus à  
Vespasiano diem suum obiit.  
Neruę successit Proculus. Fuit  
eo tempore & Nerua filius. Fuit  
& alius Longinus ex equestri  
quidem ordine, qui postea ad  
pręturam vsque f peruenit: sed  
Proculi auctoritas maior fuit.  
nam etiam ipse plurimum po-  
tuit. Appellatque sunt partim  
Cassiani, partim Proculiani:  
quę origo à Capitone & La-  
beone cęperat. Cassio Cęlius  
Sabinus successit: qui plurimum  
temporibus Vespasiani potuit.  
Proculo Pegasus: qui tempori-  
bus Vespasiani pręfectus vrbi  
fuit. Cęlio Sabino Priscus Iau-  
olenus: Pegaso Celsus: patri  
Celfo Celsus filius, & Priscus  
Neratius: qui vtrique consules  
fuerunt, Celsus quidem & ite-  
rum: Iauoleno Prisco Aburnus  
Valens, & Tuscianus, item Sal-  
uius Iulianus.

B

C

D

E

**DE LEGIBVS, SE-  
natũque consultis, & longa  
consuetudine.**

**TITVLVS III.**

**Retrahat partes iuris, & pri-  
mum de lege.**

**Prima legis definitio.**

I. PAPINIANVS libro pri-  
mo Definitionum.



Ex † est § cō-  
mune pręcep-  
tum. virorum  
prudētium cō-  
sultum: deli-  
ctorum: quę  
sponte vel ignorantia cōtrahun-  
tur, coercitio: communis Rei-  
publicę sponso.

**DE LEGIBVS  
& senatũcōsultis, &  
lōga cōsuetudine.**

Tres habet partes hęc  
rubri. De prima multę le-  
ges in hoc tit. dicuntur. De  
secunda, scilicet de sena-  
tusconsul. specialiter dicitur.  
j. eo. l. non ambigitur.  
& l. neque leges. & l. &  
ideo. De tertia dicitur. j.  
eo. l. de quibus. & in sequ.  
sed cum in toto corpore iu-  
ris de legibus tractet: qua-  
re hic specialem titu. ponit?  
Respon. secundum Ioann.  
quia alię leges de negociis  
hominum dicunt: hęc autem  
leges tractant de legibus  
condendis & interpre-  
tandis.

Iuris ciuilibis hoc titulo  
partes exequitur tres, leges  
quo nomine nō populi tan-  
tum, sed etiam plebis scita  
significantur, quę ex lege  
Hortensia non minorem  
vim habent, quām totius  
populi iussa. Senatuscon-  
sulta quę solus Senatus de-  
creuit sine lege. Et longam  
consuetudinem: id est, taci-  
tum populi consensum plu-  
rimorum annorum obser-  
uatione inueteratum. Quas  
in extremo tituli conclusit  
his verbis, Ergo omne ius  
aut consensus fecit, aut ne-  
cessitas constituit, aut fir-  
mauit consuetudo. Ius e-  
nim quod expressus consen-  
sus populi vel plebis fecit,  
lex est. Quod necessitas  
constituit, Senatusconsul-  
tum, l. ij. §. deinde, quia  
difficile. §. tit. prox. Cuius.

C. Cassius  
Longinus.

† Vide ad  
hunc locum  
Cuspinia-  
num:

Proculus.  
Nerua fi-  
lius.  
Longinus.

Cassiani.  
Proculia-  
ni.  
Cęlius Sa-  
binus.

Pegasus.

Iauolenus  
Priscus  
Celsus pa-  
ter.  
Celsus fili.  
Priscus.  
Neratius.  
Aburnus  
Valens.  
Tuscianus.  
Saluius Iu-  
lianus.

§ **H**ęc est.  
Hęc de-  
scriptio  
quatuor

habet partes. Prima  
est: lex est commune  
pręceptum, id est com-  
muni vtilitate statutū.  
Vel dic commune prę-  
ceptum, id est commu-  
niter toti vniuersitati  
factum. & ponitur hic  
pręceptum largę, pro  
quatuor virtutibus le-  
gis, quę sunt infra eo  
l. legis virtus. Itē sub-  
iicit, virorum pruden-  
tum

† Huic de-  
finitioni &  
sequentibus  
adde Cice-  
ronis descri-  
ptionem ex  
libro secun-  
do de legib.



tum consultum, id est cum deliberatione prudentum constitutum. Item subiicit, delictorum coërcitio. coërcet enim delicta puniendo: vt. s. de iusti. & iure. l. j. ibi, bonos nō solum, &c. & vt vnus pœna sit metus multorum: vt. C. ad legem Iul. repetun. l. j. & C. de fur. l. si quis seruo, in fi. Item de delicto ignoranter commissio puniendo, da exēplum in eo qui proiecit lapidem, & praterirentem casu percussit: vt. j. ad legē Aquil. l. scientiam, §. qui cum aliter, versic. sed si. & l. si ex plagis, §. æquē. itē aliud exēplū est. j. de custo. re. l. carceri. & l. milites. & insti. vi bono. rap. §. quia tamē. & j. de pœnis. l. respiciendum, §. delinquent. & quod vi aut clā. l. Seruius. & j. ad legē Cor. de fida. l. lege, §. cum quidam. Item subiicitur quarta pars, communis reipu. spōsio. f. interrogatio- ne facta à consule: & communiter à populo facta respōsione, quōd sic placeat esse statutum: vt hic, & insti. de iur. natu. §. lex. & nota quōd hæc & illa descriptio eadem est quō ad sēsum, licet quo ad verba discrepet. Ideo autem est descriptio, non definitio: quia aliqua lex est quæ tamen non est communis: vt j. tit. l. j. §. si. solum ergo vult designare qualiter olim fiebat lex. Definitur alio modo lex, vt statim subiicit j. l. proxima. nam &c.

In oratione priorē aduersus Aristogitonem Vide Bud. hic.

**Secunda definitio legis.**

II. MARCIANVS libro primo Institutionum.

**N**Am & Demosthenes orator sic definiuit: † Τοῦτ' ἐστὶ νόμος, ὃ πάντας ἀνθρώπους κοροσῆκει πείθεσθαι διὰ πολλὰ, καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὐρημα. μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων. ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἐκείνων καὶ ἀκουσίων ἀμαρτημάτων. πόλεως δὲ σωτήρη κοινή, καὶ ἡ πᾶσι κοροσῆκει ἢ τοῖς ἐν τῇ πόλει. [hoc est, Lex est cui omnes decet obedire, propter alia multa, & maximè quia omnis lex inuentum ac munus deorum est, decretum verò prudentum hominum, coërcitio eorum quæ sponte vel ignorantia delinquantur, communis sponsio ciuitatis, ad cuius præscriptum omnes qui in ea republica sunt, vitam instituere debent.]

**Tertia definitio.**

Sed & philosophus summæ Stoicæ sapientiæ Chrysippus sic incipit librum quem fecit **Ἐπι νόμου. Ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θεῶν καὶ ἀνθρώπων πραγμάτων. δεῖ δὲ αὐτὸν κοροσῆσαι τ' εἶναι τῶν καλῶν καὶ τ' ἀσχετῶν, καὶ ἀρχόντα, καὶ ἡγεμόνα, καὶ κατὰ τοῦτο καλὸν τ' εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσιν πολιτικῶν ζώων, κοροσῆσαι μὲν ὧν ποιητῶν, ἀπαγορευτικὸν δὲ, ὧν ἔποιητῶν.** [id est, Lex est omnium diuinarum & humanarum rerum regina. oportet autem eam esse præsidem & bonis & malis, & principem

**A**m & Bene dico q lex coërcet delicta: nam &c. & no. quōd sub hac. l. sunt duo Græca: quorum quodlibet facit vnam definitionem legis. Primum facit illam: lex est cui omnes homines &c. & quod ibi dicit donum Dei, ideo dicit, quia nutu diuino faciunt principes leges: vt. C. de præscrip. lon. temp. l. si. ibi, ideo enim &c. cum propter hoc fecerit. Deus imperatores: vt in auth. de instru. caute. & si. §. quia igitur imperium, col. vj. omnis enim sapiētia à domino deo est: & omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum &c. laco. i. a & ca. quàm pio. j. q. ij. item lex est sapientum dogma, & doctrina per os sapientum promulgata.

**b** vel ignorantia, vt cum non dolo, sed culpa delinquimus, vt E ignoranter: vt exemplificauimus. s. eo. l. j.

**c** in ea repub. sunt. imò omnes omnino qui vbique reperiuntur: vt. C. de iudæ. l. iudæi. j. in prin. & de legib. & con. l. leges sacratissimæ. & apostolus dicit, omnis anima sit subdita principi, & ducibus ab eo missis: vt. C. de conduc. & procur. prædiorum fit. augu. domus. lib. xj.

**d** Librum quem fecit. scilicet de lege: & incipit interpretatio Græci sic: lex est, &c. & no. quōd de diuinis tractat hæc lex: vt & C. de summa trin. & de sacr. san. eccle. & j. ne quid in loco sac. & in authen. de mona. col. j. & quomodo oportet. episc. col. j. &c. & de san. epi. col. ix. & in tit. vt in priua. do. sa. my. col. v. & in aliis titu. de humanis tractant ferè omnes leges.

**e** Et malis. cuique secundum sua opera tribuendo, secundum Io. id est bonis meritis: vt C. de adf. & do. & cancel. l. j. & de fta. & ima. l. & virtutum. malis pœnā, vt per totum ti. de pœnis. ff. Vetus.

a] Sequentia non sunt Accursij.

**f** Duce. quia deducit homines ad bonum. **g** Regulam esse. id est compendiosa doctrina vel vnus casus vel plurium, in quibus eadem ratio vertitur. & ita in hoc vltimo proprie ponitur: sed non in primo. sic enim definitur: Regula est plurium rerum compendiosa narratione facta traditio: vt colligitur. j. de regu. iur. l. j. melius facit ad hoc in decre. distin. iij. c. omnes. & c. regula.

Regulæ definitio.

& ducem esse: & secundum hoc regulam esse **g** iustorum & iniustorum, **h** & eorum quæ natura ciuilia sunt **i** animantium: præceptricem quidem faciendorum, prohibetricem autem non faciendorum. **k**]

**Sequuntur variaz leges de legibus.**

III. POMPONIVS libro vicefimo quinto ad sabinum.

**I**Vra constitui oportet, vt dixit Theophrastus, in his quæ **i** **ἅπτι τὸ πλείστον** [id est vt plurimū] accidunt, non quæ **ἐκ ὁμοῦ λόγου** [id est inopinato.]

IIII. CELSVS libro quinto Digestorum.

**E**X his **m** quæ fortè vno aliquo casu accidere **n** possunt, iura non constituuntur:

V. IDEM libro septimodecimo Digestorum.

**N**Am ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter & facile, quàm quæ perraro eueniunt: †

VI. PAVLVS libro septimodecimo ad Plautium.

**T**ὸ γὰρ ἀπαξ ἢ δις, vt ait Theophrastus, παραβαίνουσιν οἱ νομοῖται. [id est quod enim semel aut iterum fit, prætermittunt legiflatores.]

VII. MODESTINVS libro primo Regularum.

**L**Egis virtus **o** hæc est, **\*** imperare, vetare, permittere, punire.

cito resuscitatus est: vt. j. de diuor. l. iij. & de po. possess. secundum tabu. l. qui ex liberis, §. planè. vel tanquam alius, scilicet posthumus, qui rumpit testamentum: vt insti. de exhere. li. §. j. vel pone exemplum in. l. scripta, in auth. vt sine prohi. ma. debi. & cre. col. vij. §. quia verò. vbi dicitur quōd propter bonas fœminas non debet fieri lex, quia raræ sunt: sed ppter malas, quia multæ sunt. item pone exēplū: vt. j. de vsuca. l. iusto, in princ. in fi. j. respon. vbi dicit non adquiri nobis per filium non iuste adrogatum: sicut per liberum hominem emptum: quia rarius adrogantur filij quàm emantur serui. sed licet dicat hic quod non constituuntur iura pro talibus, subaudi sæpe. quandoque enim statuuntur, vt in his exemplis. j. de iudi. l. sed & si. j. §. si paterfa. & si pars hered. pe. l. antiqui. & C. de leg. here. l. si maior. & insti. de rerum diui. §. insula. & facit ad hanc regulam. j. de regu. iur. l. ea quæ. & j. ad Treb. l. postulante. & j. de postu. l. j. §. deinde. & de solu. si pater. & sequentem proxi. legem continuam cum ista.

**n** Accidere. id est miraculose venire.

**o** Legis virtus. id est potestas. imperat autē cum iubet lex Iul. de adulte. accusantem & accusatū & aduocatos esse præfentes quando serui torquentur in causa adulterij: & præcipit etiam seruos publicari, id est confiscari: vt. j. ad. l. Iul. de adul. l. si postulauerit, §. quaestioni. & §. iubet. Vetat autem cum prohibet res immobiles minorum sine decreto alienari: vt. j. de re. eo. l. j. Item ne res ecclesiasticæ: vt C. de sacrosanct. eccle. iubemus. ij.

**h** Iniustorum. f. lex.

**i** Natura ciuilia sunt. i. naturalis hominis ingenio, vt in resti. minorū: vt. j. de mino. l. j. in princ. duo enim contraria ponere videtur: i. duas species & coæquiuales: quarū neutra est altera. f. ius naturale, & ciuile, secundum Ioan.

**k** Non faciendorum. ex hoc colligitur quædam magistralis definitio: lex est sanctio sancta, præcipiens honesta, prohibens contraria. & facit. C. eo. l. leges. ij.

**I**Vra. In his quæ & c. sed verisimilia sūt: vel dic in his quæ scilicet multum accidunt: non quæ extra naturalem cursum. & secundum hoc erit casus hu ius Græci qui est in. l. Latina. j. l. proxima. Accursij. **ADDITIO.** Tu dic quōd ista lex interdū fallit: quia lex reperitur facta in casibus de raro cōtingentibus: vt. j. si pars here. peta. l. antiqui. & C. de legi. hered. l. si maior. Paulus.

† Vide Alciatum lib. dispunc. 2. cap. 8.

**m** Exempla. Pone exēplū in Lazaro, an debet rumpere testamentum quod fecerat, & bona auferre heredib. & certè de hoc nō est lex: dicerem tamen q possit vel tanquam ipse, quia nō videtur mortu. qui tam

Lazarus sufficitatus an poterit testamentum rumpere.

\* Exempla horū quatuor repete ex Gratiano & Isidoro dist. 3. c. vit.



sed nonne sufficiebat imperare pro utroque? Respon. non: quia imperat quod fieri vult: vetat quod fieri non vult. & commodius est singulas causas &c. vt insti. qui. mo. test. infir. §. alio. Permittit: vt militi etiam post sententiam vt excep. suis: vt. C. de iur. & fac. igno. l. j. Punit maleficia: vt in ti. de pœ. ff. & C. Est & quin-

a] Perperam quinta virtus hec constituitur, quia in permissionem recidit. pauca etiam leges consiliū dant, est. n. officii hoc Iurisconsultorum.

Hæc legem Græce recitat nouell. 74.

l. Tanta. §. 14. de confor. dig.

ta virtus, id est consulere: a vt vbi extraneis consulit ne expendant agendo querela: vt. j. de inoffi. testa. l. j. item consulit quod primo possessoriū quàm petitorium, si competat, intentetur: vt. j. de rei vin. l. is qui. & facit. C. de transact. l. age. Vel dic quod continetur sub virtute permittendi. Sed nunquid legis appellatione non continetur quod aliquod istorum verborum nõ habeat? Respõd. imò continetur. aliàs nulla regula iuris sub legis appellatione caderet. vel verius nulla est lex quin ibi vnum de talibus vel æquipollens subaudiatur. & facit ad hanc. l. in decre. distin. iij. c. omnis.

**I**ra. Generaliter. Põntest poni exemplū in qualibet ferè lege Codicis, quæ certis personis dabantur, vt Vitali, vel alij: tamen sunt generales. quæ enim frequenti indigent & communi auxilio, debet communitè se iuuare, licet vni fuerint data: vt in athen. de hered. & Falci. §. j. col. j. & facit. C. de diuer. rescrip. l. j. & hoc si ita scribitur vt sit ius commune. secus si specialiter datur: vt. j. tit. j. l. j. sed secundum hoc omnis lex est regula: quia loquitur in pluribus casibus in quibus est eadem æquitas, & de vniuersis hominibus. quod est falsum. sic ergo exponere vt dicas, leges non sunt conditæ vt hæc locum habeant in persona huius, illa in persona alterius: & sic de singulis legibus & personis: sed generaliter in omnibus personis sit eiusdem casus responsio. sed excipitur. C. de de iurionibus. l. neque Dorotheum, lib. x. & C. de episc. & cler. quoniam venerabilis. regulæ autem per signa vniuersalia cognoscuntur, affirmatiua vel negatiua, vt patet per omnes regulas iuris: & maximè in l. j. vbi dicit, regula est, quæ rem quæ est, &c.

Prineps & senatus parificatur.

**N**on ambigitur. Pone exemplum in petitione hereditatis, quæ est inducta à senatoribus: vt. j. de peti. here. l. item veniit, §. pridie. item in Vell. item in Maced. senatuscon. vt. j. ad Vell. l. ij. & j. ad Mace. l. j. item in alio parificatur principi senatus: quia non appellatur à sententia sua: vt. j. à qui. ap. nõ licet. l. j. & intellige de senatu toto: qui senatores centū erant numero: vt C. de peti. here. l. fi. non de quolibet senatore separatim: habet tamen quilibet singulariter sua alia priuilegia: vt. j. de senat. per totum. sed an hodie hoc opus possit facere senatus? Respon. secundum Ioan. non sic hodie, nisi princeps permiserit: vt C. eo. l. fi. quæ est contra. vbi dicit quod solus princeps facit legē. item facit ad idem, quia populus omne suum imperium in eum trātulit: vt C. de ve. iur. enu. l. j. §. sed & hoc studiosum. Alij dicunt quod hodie potest populus Romanus & senatus eius facere legem: vt hic. nec ob. d. l. fi. quia solus imperator potest, id est ipse solus, & nullus alius solus: & reuocare potest populus Romanus quod concessit, sicut & iudex qui delegat, cum sibi proprietas remanserit: vt. j. de offic. eius cui man. est iur. l. j. §. fi. primam laudo, secundum Hug. Accur.

**N**eque leges. nomen generale. **d** senatusconsulta. nomen speciale.

**e** scribi possunt. propter humani ingenij exiguitatem. multas enim &c. vt C. de ver. iur. enu. l. ij. §. sed quia. vel propter nimiam negociorum mutabilitatem: vt. j. de v. iur. l. mora. in princip. vel propter hominum fidelitatem incognitam: vt. j. de testib. l. iij. §. ideoque. ibi, tu magis &c. vel propter delictorum multiplici- tatem: vt. j. de extraor. cri. l. pen. §. sunt quædam. & ideo &c. & sic continua. l. seq. quæ ex superiori infertur: & exigit exempla pro se & pro ea. dic ergo ex his quæ constituuntur, id est accidunt de nouo: vt ita hæc lex loquatur quando dubitatio euenit super

nouo facto: & sequens. l. non possunt. quado dubitatio est in veteri facto, non tamen adhuc lege determinato, secundum Io. vel melius econtra, constituuntur, proprie sumitur, cum dubitatur in verbis legis. lex autē sequens. f. nõ possunt. loquitur cum dubitatur de facto nouo quod non est in lege: & quod dicit. aut interpretatione. f. iudicis: vt ita iudex interprete- tur legem. & facit. C. de episc. audi. l. si lenones. vel dic, interpreta- tione iurisconsulti, au- ctoritate aut constitu- tione. f. principis.

mi principis certius **f** statuen- dum est.

**XII.** IDEM libro decimoquin- ro Digestorum.

**N**on possunt **s** omnes arti- culi singillatim aut legibus aut senatusconsultis compre- hendi: + sed cum in aliqua cau- sa sententia eorum **b** manifesta est, is qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet.

**XIII.** VLPIANVS libro pri- mo ad Edictum Aedilium Curulium.

**N**am, vt ait Pedius, quotiens lege aliquid vnum vel alterum introductum est, bona occasio est, cætera quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certè iurisdictione suppleri. **i**

in lege, oporteret quod vel per iurisconsultum auctoritate prin- cipis, vel per principem fieret interpretatio, vt esset lex necessa- ria & probabilis, & ab omnibus obseruanda: vt euenit in quæ- stionibus vbi sunt contrariæ opiniones doctorum, quæ fiunt su- per verbis legis: vt hic, dos à patre p̄fec. &c. vt C. solu. ma. l. dos. & facit ad hanc. l. C. noua vec. l. non solent.

**N**on possunt. Pone exemplum in veteri iure. statutum est enim, quod si familia seruorum alicuius fecerit furtum: liberetur dominus semel emendando furtum, ne tota familia careat. idem ius trahitur si dedit damnum: vt infra ad legem Aquil. l. illud. Item pone exemplum vt infra de nego. gest. l. ex facto, in fine. Item pone in iure nouo: vt C. de inoffi. dona. l. preci- bus. ibi dicitur querelam in offic. do. trahi etiã ad intestatos. Item pone exemplum. C. de constitu. pecu. l. fina. & prout trahitur ad ius vetus, refertur ad id quod dicit in sequen. l. interpretatione, f. iurisconsulti. Prout de nouo dixi, refertur ad iura Codicis: vt dicas iurisdictione. f. principis: vt princeps dicat ius ad hoc porrigendum, vel prorsus nouum statuendum: vt infra de ven- tre in spi. l. j. in principio. Ioan. tamen dicit interpretatione, sci- licet iudicum in iudicio. hæc est vera, & sic prima exempla nõ valent. sed pone in patre, vt possit obligare filium pro fa- me: licet de venditione lex tantum dicat. hic eadem proroga- tio quæ fit ex iure scripto. fit etiam ex iure non scripto ad non scriptum: vt C. quæ sit long. consue. l. j. Et vt hæc sint plana, di- stinguere: cum dubitatio in iudicio cõtingit: aut super aliquo no- uo negotio, aut super lege aliqua. si super negotio, dominus im- perator est consulendus, si tamen præfens sit, & eius sit copia: vt C. eo. l. humanum. & de vete. iur. enu. l. j. §. sed quia diuinæ. & j. de fideicomis. liber. l. hoc itaque. & arg. C. de iudi. l. fina. in prin- cip. ibi, ne forsit. &c. si autem non sit eius copia, procedam de similibus ad similia: vt hic. si verò super lege, vt dos à patre pro- fecta, &c. si quidem ex consuetudine certo modo est intellecta, eius intellectui stabitur: vt infra eod. l. minimè. & l. si de inter- pretatione. quod si ex consuetudine expositio non est certifica- ta: recurritur, vt dictum est, ad principem, si sit eius copia: vt C. eod. l. cum de nouo. & supra eod. l. & ideo. & infra eo. l. nam. ibi, vel certè iurisdictione, &c. alioquin interpretabor in benignio- rem partem: vt infra eod. l. benignius. & l. in ambigua. sed si du- bitatur quæ sit benignior pars, verborum significationi stabo: vt infra de condi. & demonst. l. Publius, §. j. quanquam videtur pri- mō standum significationi verborum: vt infra de lega. iij. l. non aliter, in princ. Tertio procedam de similibus ad similia: vt. s. eo. l. neque leges. Accur.

**h** eorum. id est legum vel senatusconf. vel dic articularum.

**i** Am vt ait. Suppleri. procedendo de similibus ad simi- lia: vt infra de regul. iur. l. quod contra. & l. quæ propter. & de

interpretatione. f. iudicis: vt ita iudex interprete- tur legem. & facit. C. de episc. audi. l. si lenones. vel dic, interpreta- tione iurisconsulti, au- ctoritate aut constitu- tione. f. principis.

**E**t ideo. Certius. id est certum con- stituatur, scilicet quod primo erat dubium, se- cundū secundā inter- pretationem. interpre- tatur enim iuriscõ. ver- bum dubium legis: vt j. si cer. pe. l. j. in princ. & l. ij. §. appellata. prin- ceps etiam interpreta- tur verbū aut, pro &: vt C. de verb. sig. l. pen. Itē interpretatur sub- stitutionem factam fi- liis ita demum tenere, si decesserint sine fi- liis: vt C. de fideicom. l. cum acutissimi. & ita etiã si hodie occurre- ret dubitabile verbum

+ In eadem sententiam Aristoteles lib. i. Polit. cap. 6.

Dubitatio in iudicio emergente, quis consi- lendus sit.



& de lega. j si domus, §. cum alicui.

† Huc pertinere videtur l. Et si nihil de reg. iur. idem autem repetitur in l. quod cōtra. ibid. quæ ad ius vſucapionum referenda est.

**Q**uod verò. Hanc continua cum duabus superioribus legibus. bene dico statutum esse procedendum de similibus ad similia: veruntamen quod contra, &c. & pone exemplum in muliere, quæ habet privilegium vt omnibus præferatur: quod suo hereditari tamen non datur: nisi filio: vt C. qui po. in pign. ha. l. fin. in fine. & C. de pri. do. l. j. Item pone exemplum vt infra titul. j. l. j. Item pone exemplum in patre qui vendidit filiū causa necessitatis: non tamen trahitur vt filius possit vendere patrem: vt C. de pat. qui fi. dif. l. j. Sed nonne. quod dicitur Cod. de fur. l. si quis seruo. licet sit contra regulas iuris communis, etiam ad filium trahatur? Respond. sic: quia lex dicit: vt infra de seruo cor. l. vt tantū, §. j.

**I**n iis. exceptionibus à regula. **R**egulam. vt pote cū ipsa deficiat. nec enim sunt exceptiones de regula: imò vitiant regulam in eo quod excipiuntur: vt infra de regulis iuris. l. j. sed firmā dimittunt in aliis: vt in authen. de non alienā. §. vt autem. collatione ij. & pone exemplum huius regulæ. regulariter traditur domini voluntati seruari. volentis rem suam in alium transferri: vt instituta. de rerum diuisi. §. per traditionem. fallit in minoribus: vt infra de reb. eo. l. j. Item regula est, non committi furtum, nisi inuito domino. quandoque contra: vt C. de fur. l. si quis seruo. dicentur ergo esse specialia talia statuta.

**V**s singulare. Pone exemplum. propter communem utilitatem statutum est à senatoribus, qui habent auctoritatem (vt supra eod. l. non ambigitur) mulieres intercedentes non teneri, quod est contra ius commune: vt infra ad Velleia. l. j. Item possunt poni exempla superioris legis, & alterius, quod verò. tamen ad aliud ibi inducuntur quam hic. nam in. l. quod verò. inducuntur quod non trahantur talia statuta ad consimilia: in alia, quia in talibus non possumus sequi regulam iuris communis: vnde sit speciale. hic autem vt denotet differentiam inter ius commune, & ius singulare.

**S**cires leges. hic pro vere scire ponitur, vt falli non possit: aliter pro vehemēti opinione, vt possit falli: vt infra de aqua pluui. arc. l. ij. §. antepenul. & pone exemplum: cauetur in iure, quod manumissio ad seruos, emancipatio ad filios pertineat: vt infra quando de pec. ac. an. est. l. j. §. meritò. ibi tria attendes. verba. item sensum proprium qui ibi est, qui dicitur vis. item potestatem, quæ est, vt quandoque aliter sumantur dicta verba: vt infra de officio proconsulis. l. ij. in fi. item pone exemplum vt infra ad Macedonianum. l. j. vbi dicit quod mutua pecunia filiisfamil. non detur, & ibi tria attendes, verba, & vim, id est proprium sensum: vt potestatem, quæ est vt verbum mutuū, etiam ad alios contractus in fraudem factos trahatur: item pecunia prorogetur etiam ad alia quæ mutantur, si in fraudem fiat: vt eodem titulo. l. iij. §. is autem solus, & l. item si filius fa. §. mutui. & facit ad hanc. l. C. de liberis præteritis. l. iij. & xxxviij. distin. can. omnes. & canone, sedulo. in glo. sententias. & j. quæstio. j. can. Marcion. Item no. quod vis, siue potestas, aliter accipitur supra eod. l. legis virtus.

**B**enignius. Duobus modis expone. primò benignius, quam verba patiantur. & tunc pone exemplum: Prohibetur alienatio: certè & etiam vſufructus & pignoris constitutio prohiberi videtur, licet non sit alienatio: vt Cod. de reb. alien. l. fin. & de fundo dota. l. j. Secundo improprie, id est benignius. Vetus.

XIII. PAVLVS libro quarto ad Edictum.

**Q**uod verò. contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentias.

XV. IULIANVS libro vicesimo septimo Digestorum.

**I**n his quæ contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris.

XVI. PAVLVS libro singulari de iure singulari.

**V**s singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introductum est.

XVII. CELSVS libro vicesimo sexto Digestorum.

**C**ircum leges non hoc est, verba earum tenere, sed vim ac potestatem.

XVIII. IDEM libro vicesimonono Digestorum.

**B**enignius leges interpretandæ sunt, quod voluntas earum conseruetur.

XIX. IDEM libro trigesimo tertio Digestorum.

**A**gnè: & pone exemplum sicut ponitur. C. de naturalib. liberis. l. nuper. vbi interpretatur superiorem. l. cum quis. in eo qui concubinam accipit in uxorem. nam filij prius geniti legitimi efficiuntur, si alij postea nascuntur: interpretor, vel etiam si non nascuntur, vel nati moriantur.

a] Bald. hic commēdat glo. ad hoc, quod si quis nominaverit concubinam vxorē: filij antea nati legitimum: & etiam generati, licet nōdum nati. cum qua in hoc non est standum quia si rectè intueatur, hoc non vult: sed bene dicit, quod si quis concubinam accipit vxorē, legitimum filij etiā generati & nōdum nati, quamuis alij non nascantur, vel nati moriantur: nō autē quod se fundet in nominatione, p. ut Bal. hic voluit. Bol. In hanc sententiam Plato dialog. i. de legibus. exemplum sume ex l. liberum j. de religiof. † Huc pertinent quæ scribit Aristot. li. 2. Politic. cap. 6. & Plutarch. ex Pauſan. Apophtheg.

**I**n ambigua voce legis ea potius accipienda est significatio, quæ vitio caret: præsertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit.

XX. IULIANVS libro quinquagesimo quinto Digestorum.

**N**on omnium quæ à maioribus constituta sunt, ratio reddi potest.

XXI. NERATIVS libro sexto Membranarum.

**E**t ideo rationes eorum quæ constituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his quæ certa sunt, subuertuntur.

XXII. VLPIANVS libro trigesimo quinto ad Edictum.

**C**um lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat.

XXIII. PAVLVS libro quarto ad Plantium.

**M**inimè sunt mutanda quæ interpretationem certam semper habuerunt.

XXIII. CELSVS libro nono Digestorum.

reddi potest. Alij, vt Io. ponunt exemplum quare tutorem habenti tutor dari non potest, sed curatorem habenti sic: vt instituta. de cura. §. interdum. sed certè hæc potest ratio reddi: quia tutoris potestas plenior est, & ideo superueniens tutor, cum & ipse vellet similem plenitudinem potestatis, inuenit occupatam: at curatoris potestas circa personam minoris non est tanta: vt patet infra de appellationibus. l. cū in vna, §. tutor. tu ergo da exemplum quare in vſucapione statuitur triennium, & non biennium, vel quadriennium: & non potest ratio reddi. nec obstat si dicas hanc esse rationem, quia visum est sufficere tantum tempus: quia idem de biennio dici potuisset. ratio enim debet esse talis, quæ sit generalis & necessaria: & vbiunque ratio locum habet, & lex: vt Cod. de interd. l. j. & infra ad leg. Aquil. l. illud, in princip. & infra de fonte. l. j. §. hoc interdictum. & infra de bonorum possessione. ex testam. mili. l. j. & talis ratio non potest semper reddi, vt hic: quia quandoque habet locum ratio, & non lex. vbi excusatur filius qui sibi legatum adscripsit, quia ex voluntate testatoris fecit: hæc ratio & in extraneo haberet locum. lex tamen ad extraneum non extenditur: vt infra ad leg. Cor. de fal. l. filius. & l. j. §. inter filium. econtra lex habet locum, & non ratio: vt infra qui & à qui. l. prospexit. & infra de postulando. l. j. §. secundo loco, vers. sexum. **ADDITIO.** Dic quod ibi erat causa impulsiva: aliàs locum habet finalis ratio. l. simile. & lex: vt in. l. j. infra de fonte. & l. illud. ad leg. Aquil. secundum Paul. hic.

**E**t ideo rationes. Subuertuntur. si dicas nil valere, quia non haberent sufficientem rationem: vt in præmissis patet exemplis. Accursius.

**C**um lex. Quidam dicunt huius legis exemplum non reperiri: tu dic conuerti literam, cum lex in futurum vetat, in præteritum indulget: vt Cod. eo. l. leges & constitutiones. & est exemplum. C. de naturalib. libe. l. diui. vel dic directò casum, & leges rectè vt C. de ge. abo. l. ij. & secundum hunc casum dic, lex, id est imperator, qui est lex animata in terris. in authen. de cōsul. in fi. colla. iij.

**M**inimè. Pone casum vt C. de episcop. audientia. l. si lenones, in glosa prima. item in testibus, qui præsentate debent recipi: vt. Cod. de testibus. l. si quando. quod sem-



per fuit obseruatum in iuramento, non in dicto, quod debent dicere in secreto. quidam tamen dicunt, quod etiam in aperto dicunt: sed non poterunt postea plures testes produci, cum didicerint testificata: vt in authenticis, de testi. §. quia verò, col. vij. item pone exemplum vt infra de diuers. & tem. præ. l.

Æschines contra Ctesiphontem eadem sententiam amplificat.

l. c. 6. e.

sed nunquid nouum sensum licebit proponere? Respond. licet, secundum Ioan. hic enim loquitur cum semper sic est intellecta, vt ex hoc intellectu induceretur consuetudo, id est vt decatero sic super ea iudicaretur. Item potest poni exemplum in illa. l. dos à patre. Cod. solu. matrimo.

**I**nciuile. Potest poni exemplum in lege quæ legitur, item in lege, id est conuentione scripta: quod vtrūque totum debet legi, si totum de eadem materia loquatur: vt infra de eden. l. argentarius. §. edi. nam plerumque principium per finem corrigitur: vt infra si certum petatur. l. si tibi. Item & si plures sint coniunctæ leges, idem est, propter eandem rationem: vt infra si ex noxa. cauf. aga. l. j. in fine, & l. ij.

**N**ulla. Pone casum vt Cod. de procura. l. non eo minus. item vt C. de fide instru. l. plures. item vt infra de Carbonia. edict. l. iij. §. duæ. item vt C. de secundis nuptiis l. generaliter, §. in his autem. sed contra infra quod quisque iur. l. j. §. i. Solutio refert an sine postulatione quid fuerit concessum, vt hic: an cum postulatione, vt ibi argum. in eodem titulo. l. iij. item contra institut. de auctor. ru. §. neque tamen. sed certè & damnum poterat ibi inesse: vt ibi dicit. vel saltem in litibus & sumptibus fuit vexatus: vt infra de mino. l. minoribus. item contra. Cod. de quæstion. l. pridem. sed quod ibi non torquetur pro eo: non est ideo constitutum, quia contra eum non torquetur: sed quia sic iuri placuit: & per consequens diceret contra eum: vt Cod. de episcop. & cler. authen. sed iudex. Item contra. C. de Iudæ. l. die sabbati. sed illud est quoddam speciale pro festiuitate Iudæorum indultum. <sup>a</sup> Item contra. infra de iure aureorum anulorum. l. ij. sed ibi priuilegio suo renunciaffe videtur. Item contra. infra de excusationibus tutorum & curatorum, & de temp. l. cum ex oratione. Solutio. ille libertus habebat priuilegium quod posset excusari ab alia tutela: sed illud priuilegium non erat pro se, sed pro patrono suo indultum, qui erat senator: vnde non est mirum si ad aliam tutelam vocetur, cum impetrauit ius aureorum anulorum. Item contra. infra de pericul. & commodo rei venditæ. l. si vina. sed distinguitur, an aliquid sit indultum in fauorem contrahentium pacto, an ex liberalitate principis sine lege. Primo casu obtinet quod ibi dicitur, secundo quod hic. Sed hæc solutio reprobatur per legem infra de lege commisso. l. ij. & infra de in diem additione. l. Sabinus. melius ergo dicas quod ibi non est indultum aliquid in fauorem: quia non est extra ius commune. tunc enim inducitur aliquid in fauorem, cum est extra ius commune. Accursius.

**N**on est nouum. Trahantur. Tribus modis trahuntur: vt determinentur, <sup>b</sup> suppleantur, corrigantur. De primo pone exemplum. C. quando lib. princip. da. l. j. quæ determinatur per secundam eiusdem titu. De secundo da exemplum. C. de constit. pe. l. finali. & alia quæ diximus supra eodem. l. non posunt. De tertio da exemplum. C. de sacrosanctis ecclesiis. l. generali, quæ corrigitur per authen. ingressi, ibi positam, quod sic

a) Tu dic melius secundū Dy. quod ibi priuilegiū non fuit in finibus concessio nis: sed vltra pcessit.

b) Id est limitentur. Paulus.

**I**nciuile <sup>a</sup> est, nisi tota lege perspecta, vna aliqua particula eius proposita iudicare vel respondere.

**Illud quod est in fauorem, non retorquetur in odium.**

xxv. **MODESTINVS** libro octauo Responsorum.

**N**ulla <sup>b</sup> iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos du riori interpretatione cōtra ipsorum cōmodum producamus ad feueritatem.

**Lex præcedens determinatur per sequentem. h. d. cum duabus sequent. Barto.**

xxvi. **PAVLVS** libro quarto Quæstionum.

**N**on est nouum, vt priores leges ad posteriores trahantur.

xxvii. **TERTYLLIANVS** libro primo Quæstionum.

**I**deo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi vsitatum est: <sup>d</sup> & semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, vt ad eas quoque personas, & ad eas res

trahantur, non est nouum.

**I**deo. vsitatum est. locus est à communiter accidentibus. & quod subiicit, & semper quasi hoc, &c. pertinet ad id quod modo dixit supplendo: & da duo exempla. Primum qualiter lex pertineat ad similes personas: vt Macedo. statutum in filiis, & ad nepotes trahatur: vt infra ad fenatufc. Mace. l. filium. & ad idem facit infra de dona. inter vi. & vxor. l. iij. §. qui in eiusdem. item qualiter ad similes res, vt Maced. statutum in pecunia, trahatur etiam ad alia similia, si in fraudē dētur: vt infra ad Maced. l. item si, §. mutui. quod autem dixi veteres ad nouas trahi, idem est ecōtra, vt nouæ ad veteres trahantur, nō tribus modis, sed vno modo, scilicet determinādo, & da exemplum C. delit. contest. auth. offeratur. vbi simpliciter dicitur satisfdari iudicio sisti. sed infra qui satisfda. cog. l. sciendum, in principi. distinguitur, si nō est possessor immobilium. & facit ad hoc in auth. de filiis ante do. instru. natis. in fin. col. iij. vbi dicit, oportet ea quæ per interpretationem adiecta sunt, in his valere in quibus est locus interpretatis legibus. Alij dicunt, vt Io. quod hæc. l. sed & posteriores, idem dicit quod superior, non est nouum. sed adiicit illud, quod multis argumentis & exemplis probatur. Accursius.

pertineant, quæ quandoque similes erunt.

xxviii. **PAVLVS** libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.

**S**ed & posteriores <sup>e</sup> leges ad priores pertinent, <sup>f</sup> nisi contrariæ sint: idq; multis argumentis probatur.

xxix. **IDEM** libro singulari ad legem Cinciam. †

**C**ontra legem facit, qui id facit quod lex prohibet: <sup>g</sup> in fraudem verò, qui saluis verbis legis, sententiam eius circumuenit.

xxx. **VLPIANVS** libro quarto ad Edictum.

**F**raus enim legi fit, vbi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit: & quod distat <sup>h</sup> *πρὸς τὸ ἀγνόειν*, <sup>\*</sup> hoc distat fraus ab eo quod contra legem fit.

xxxi. **IDEM** libro decimotertio ad legem Iuliam & Papiam.

**P**riniceps <sup>†</sup> legibus <sup>i</sup> solutus est. Augusta autem licet legibus soluta non est, principes tamē eadem illi priuilegia tribuunt, quæ & ipsi habent.

non est nouum. sed adiicit illud, quod multis argumentis & exemplis probatur. Accursius.

**S**ed & posteriores, quasi dicat non solum priores: sed e contra posteriores ad priores. Accursius.

**P**ertinent. scilicet vt per eas posteriores corrigantur & determinentur, & suppleantur.

**C**ontra. Prohibet. scilicet expressim: vt si vendatur res minoris sine decreto: quod expresse prohibet lex: vt infra de re. eo. l. j. talis facit contra verba & contra sententiam legis. & est alius qui tantum sententiam offendit, & verba referuat: vt hic, & infra. l. proxim. de quo sumas exempla in hac distinctione. fit fraus legi quandoque de re ad rem: vt si quis det filio fami. aliud quàm pecuniam mutuo: vt infra ad Macedo. l. item si filiusfamilias, §. mutui. quandoque de persona ad personam: vt si vir volens donare vxori, supponat alium qui donet: vt infra de dona. inter vi. & vxor. l. si sponfus, in principi. quandoque de vno contractu ad alium contractum: vt si vir volens vxori donare, commentus sit venditionem in fraudem legis: vt infra de dona. inter virum & vxorem. l. si sponfus, §. circa. quandoque de vno contractu ad eundem contractum: sed non eodem modo faciendum: vt si mulier volens intercedere, colorem quæsiuit, & conuenit vt cum ipsa potius contraheretur: vt infra ad Vell. l. quamuis, §. si cum esset. Sed an verba tantum offendere liceat? Respond. sic, vt argum. infra de iure pa. l. adigere, §. quamuis. & infra de in ius vo. l. quamuis, in fin. & infra de iureiuran. l. sed & si possessori, §. item si iurauero. item facit. C. de inoffic. testa. l. fratres. vbi beneficium pro maleficio sumitur. item. C. de adul. l. eū qui. vbi vxor dicitur etiam quæ non est vxor. & dic vt not. C. de le. & con. l. non dubium. Accursius.

**F**raus. Distat. id est verbum ab intellectu, vel sententia.

**P**riniceps legibus. ab alio conditis: vt infra de arbitr. l. nam & magistratus. vel à seipso: vt infra de arbi. l. pe. voluntate tamē sua seipsum subiicit: vt C. e. l. digna. & instit. quibus mod. test. infir. in fi. & facit. C. de testa. l. hac consultissima, §. ex imperfecto, & C. de bon. quæ lib. l. cum multa. & infra de leg. iij. l. ex imperfecto

liis, & ad nepotes trahatur: vt infra ad fenatufc. Mace. l. filium. & ad idem facit infra de dona. inter vi. & vxor. l. iij. §. qui in eiusdem. item qualiter ad similes res, vt Maced. statutum in pecunia, trahatur etiam ad alia similia, si in fraudē dētur: vt infra ad Maced. l. item si, §. mutui. quod autem dixi veteres ad nouas trahi, idem est ecōtra, vt nouæ ad veteres trahantur, nō tribus modis, sed vno modo, scilicet determinādo, & da exemplum C. delit. contest. auth. offeratur. vbi simpliciter dicitur satisfdari iudicio sisti. sed infra qui satisfda. cog. l. sciendum, in principi. distinguitur, si nō est possessor immobilium. & facit ad hoc in auth. de filiis ante do. instru. natis. in fin. col. iij. vbi dicit, oportet ea quæ per interpretationem adiecta sunt, in his valere in quibus est locus interpretatis legibus. Alij dicunt, vt Io. quod hæc. l. sed & posteriores, idem dicit quod superior, non est nouum. sed adiicit illud, quod multis argumentis & exemplis probatur. Accursius.

† de donationibus sci. licet.

l. non dubit C. de legibus.

c] Immo etiā suppledo: vt not. supra eo. l. quod verò in fi. gloss. cū d. lac. Butri. i. dictum, à sententia: Budeus hic. siue verbis expressum, à mentis cōceptu.

† Hoc dictum interpretatur Aristoteles lib. 3. Po. cap. 9.



fecto. & in decret. dist. viij. c. quæ contra. sed quod dicit de Augusta, quod habet idem priuilegium, est contra infra de lega. ij. l. quod principi. & l. seq. sed dic quod omnia illa quæ viris tantum conueniunt, sibi non dat, cum sic in aliis fœminis præcipiat: vt C. de arbi. l. fi. non ergo sibi dat potestatem conde n di leges. Item quæ sunt habilia mulie-

ri, concedit: vt hic. sed non omnia secundum Ioan. vt in l. contraria. vel dic q̄ legatū relictu principi, fuit ibi caducum, vel quasi: relictu auguste fuit pro nō scri pro. Sed quæ priuilegia tribuit princeps augu- stæ? Respōd. quæ fisco: vt. j. de iure fisl. fiscus. j. in fine. & l. seq. est ergo imunis à præstatio- ne vectigalium, vt. j. de publica. locatio. §. fisco. Itē alia habet: vt. C. de præpo. fa. cu. l. cubicu- larios, lib. duodecimo. & C. de quadri. præf. l. vltima. §. ij.

**Haftenus de legibus & S. C. nūc de consuetudine.**

**Consuetudo in casibus nō decisifis habet potestatem mutadi leges. in casibus decisifis habet virtutē corrigēdi & interpretadi: quia cū procedāt à cōsensu, & sic à pari potentia descēdant, debēt esse æqualis effectus. hoc dicit cū lege, Si de interpretatione, & lege sequēti. Diuiditur in duas partes principales. Primo ponit effectum cōsuetudinis circa casum lege non decisum: secundo effectum circa casum lege decisum: quia lex per cōtrariam consuetudinē tollitur. secunda ibi, quare. Itē prima subdiuiditur in tres. Primo ponit dictum bimembre: vsque ibi, inueterata. ibi ponitur ratio dicti: vsq; ibi, nam cum. ibi ratio rationis vsque ad versic. quare.**

**XXXII. IULIANVS libro nonagesimo quarto Digestorum.**

**DE quibus causis scriptis legibus non vtimur, id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine inductum est. Et si qua in re hoc deficeret, tunc quod proximum & consequens ei est. si nec id quidem appareat: tunc**

feruentur ab omnibus: ergo & consuetudo. & est ratio, quia tantum valet consuetudo Romanorum non scripta, quantum lex scripta. Nam & cōsuetudo vincit legem, sicut yna lex vincit aliam. Viuianus.

**De quibus causis.** vt de feudis. Et no. tria. Primò quod debet seruari consuetudo loci illius vbi agit. Secundò, si hoc deficit, tunc debet seruari consuetudo quæ est similis in facto, vt hic, & C. quæ sit longa consuetudo, l. j. Tertio, consuetudo vrbs Romæ: vt hic, & Cod. de veter. iur. enu. l. j. prope finem. & institut. de satisfdar. in fine. & potest poni exemplum: statutum est in consuetudine feudi, vt si vassali filius mancus fuerit, non succedat in feudum: quia domino seruire non potest. sic ergo erit si erit aliàs debilitatus. Item si de consuetudine non admittitur monachus, idem erit in regulari canonico. Item si admittitur filius vt succedat patri in feudum, idem erit vt succedat matri. Item si non admittitur mulier, idem erit de hermaphrodito si sexus muliebris inualeat: vt infra de stat. hominum. l. quæritur. His modis trahitur non scriptum ius ad non scriptum, de similibus ad similia. trahitur etiam quandoque scriptum ad non scriptum: vt sicut vsufructuario cedit incrementum alluionis, sic cedit emphyteuticario: vt infra de vsufructu. l. item si fundi, §. sed si, versicul. huic. Item scriptum ad scriptum: vt diximus supra eodem. l. non possunt. Item non scriptum, ad scriptum ius: vt. C. de episcopali audientia. l. si lenones. & no. hic argu. pro nobis. his enim temporibus tantam habebat potestatem populus Romanus secundum omnes, quantum hodie princeps: sed olim prius spectabatur consuetudo alicuius loci quàm Romæ: ergo & hodie: & sic magis quàm lex scripta. ergo consuetudo particularis alicuius municipij derogat legi in eo municipio: vt infra com. præ. l. venditor, §. si constat.

- b** *Vt imar.* quia non habemus: & certè idem si habemus, sed non sunt in vsu: vt in fine legis.
- c** *Et pro id est.*
- d** *Tunc ius.* id est consuetudo.
- e** *Inueterata.* scilicet cuius non extat memoria, secundum quosff. Vetus.

